JOANNIS TOMBES *BEUDLEIENSIS*

REFUTATIO

Positionis ejusq; Confirmationis Pædobaptismum esse licitum affirmantis ab HENRICO SAVAGE *SS. T. D.* Coll. Ball. in Comitiorum Vesperiis *Oxon.* Mense *Julio*, anni 1652. propositæ,

UNA

Cum Responsione ad ea quæ objiciuntur in epistola, & postscripto, annexis tribus quæstionibus nuper ab eo editis, & in argumentis octo *Vossianis* in Disputatione Theologica de pædobaptismo positis, sed in Centone *Savagiano* desunt.

Act. 2. 38.

Μετανοήσατε, καὶ βαπτισθήτω ἕκαστος ὑμῶν ἐπὶ τῷ ὀνόματι Ἰησοῦ Χριστοῦ εἰς ἄφεσιν ἁμαρτιῶν, καὶ λήψεσθε τὴν δωρεὰν τοῦ ἁγίου πνεύματος.

Ex dono authoris

LONDINI,
Typis *Henrici Hills.* 1652.

TRINITY COLLEGE
LIBRARY
CAMBRIDGE

Viris admodum reverendis, Procancellario, Professoribus in Theologia publicis, Præfectis Collegiorum & Aularum in Academia Oxonienſi.

PErvulgata ſunt certamina, quæ mihi cum viris aliquot egregiis pædobaptiſmum aſſerentibus eſſe ad mentem Chriſti, annis aliquot retroactis inire contigit: in quibus quid utrinq; præſtitum ſit è ſcriptis plurimis Anglicano ſermone editis innotuit forſan vobis, ſaltem innoteſcere potuit. Qua mihi primitus ſcrupulum de pædobaptiſmo ingeſſerunt, quomodo dubitationem ſuper eo fratribus aliquot Miniſtris Londinenſibus; deinde nonnullis è Synodo Weſtmonaſterienſi aperui, oſtenduni bini tractatus à me editi anno 1645. Exercitatio ſcil. & Examen Concionis Stephani Marſhalli & Apologia pro iſtis tractatibus, quam proximo anno in lucem dedi. In quibus itidem quo Conſilio, quibuſq; rationibus impulſus huic negotio animum appulerim, quidq; deinceps ſuper eâ retentare in animo habuerim, facile erit iis perſpicere, quibus hæc cordi ſunt. Præterea ſatis notum eſt quid propter iſta ſcripta perpeſſus ſum, quum non alia ratione adducti (ut ipſimet profeſſi ſunt) Juriſconſulti ex utraq; ſocietate Templi Londinenſis, cui tunc temporis Concionatoris munus obibam primarii, ſtipendium quo familia mea alebatur ſubduxerunt. Invitatus deinde à Magiſtratu ejus loci Bendleiam in agro Vigornienſi patrimum mihi ſolum, eoq; nomine aliiſq; charissimum conceſſi, ibiq; quamdiu potui per concionandi mu-

nus mihi impositum, bellumq; anno 1648. per totam ferè Angliam renovatum, reiq; domesticæ direptionibus militum regiorum anno 1642. Leomonasterii in agro Herefordiensi, ubi tunc temporis, sicuti nunc, domicilium mihi erat, dissipata recuperationem, quamquam ferè frustrà tentatam, disputationi de pædobaptismo revocandæ operam impendi. Cui dum incumbo, duo viri insignes, Robertus Baillæus Scotus Glascuensis minister, & Richardus Baxterus Ecclesiæ Kederomonasteriensis in agro Vigorniensi Pastor impetierunt me scriptis: quibus opposui terna scripta, Additamentum scil. Apologia, Antidotum & Præcursorem; neve expectationem hominum frustrarer, anno jam proximè elapso partem aliquam operis integri edidi, Disquisitionem scil. amplam de insitione Rom. 11. 17. promissione Act. 2. 39. sanctitate liberorum 1 Cor. 7. 14. cui Antipædobaptismi titulum dedi. Quo sub prelo laborante gratulabundus ob instauratam Academiam Oxoniensem, cujus olim alumnus fui, audiendi exercitia scholastica, quæ tunc temporis magno cum celebritate haberi solebant, & amicos quamplurimos visendi cupientissimus Oxoniam in tempore Comitiorum mense Julio accessi. Fateor me à vobis amicissimè habitum, & iniquus sanè essem si modò gratias de animi vestri erga me benevolentiâ non imo modo testatâ non referrem. Veruntamen accidit aliquod Deo ita disponente quod gaudium meum aliquantulum imminueret, susceptæ scil. meæ in Vesperiis habiti de refutatione suppositionis integræ Doctoris Savagii circa pædobaptismum in schola Theologica Comitiorum die tempore matutino, in quo lectiones & disputationes non alia haberi solitæ, fecisti, quam res erat, exceptio. Proximo enim die, ut postea mihi cognitum, vir eruditus Simon Fordus Concionator Redingensis in Concione publica habita Oxonii retulit me provocasse Academiam ad disputationem, locq; paratum cum aliis ad certamen ineundum, nec hîc se stitit, sed epistolâ Augusti mensis septimæ à medià in Chartâ Mercuriali impressâ hoc ipsum cum aliis nonnullis de me aliter quam opportuit in omnes Angliæ oras disseminavit. De qua re monitus ab amico opposui ineunte Septemb. in Charta Mercuriali Epistolam alteram vernaculè quidem impressam, sed quæ alteri satis obviaret. Quibus pugilis quietus speravi, donec audivissem D. Savagium edidisse tres quæstiones una cum Epistolâ & Postscripto in quibus me nominatim perstrinxit. Quæ tandem ad manus meas Aprilis sc. ultimo pervenerunt, illæq; lectis, refutationem hanc componendam judicavi, idq; eò libentius, quod videlicet idem responsum posse aperiri argumentis possimus in disputatione Theologica

de padobaptismo, de quibus retulit Stephanus Marshallus in Defensione concionis à Riveto Grotium olim monitum, ut respondaret, mihi q; hoc indicando innuit argumenta ea digna esse in quibus refutandis desudarem. Vobis vero (viri ornatissimi) inscribendum duxi hoc qualecunque opus, non eo animo ut vos super hac quæstione ad certamen scholasticum vivâ voce habendum provocarem: neq; ipse D. Savagius, nullo minus integra Academia, neq; olim Richardus Baxterus, aut quisquam alius unquam à me ad disceptationem hoc modo habendam provocati sunt. Noverat hujusmodi certamina nimio impetu animi geri, sapius in jurgia & vixas desinere, nec posse præmeditatis argumentis adeo plene aut recte extemporaliter responderi, uti res postulat. Censent referunt q; auditores prout affectus dictat, non prout veritas poscit. Novit ethnis variis hujusmodi certamina solere geri, ut à Richardo Baxtero satis manifestum est. Non aliud à serio Antagonistin respectandum fratre licet quovis alio mansuetissimo, quàm ab inimico. Sed eo animo hæc ad vos scripsi, ut refutatio mea ad vestram perveniat notitiam sive nigro carbone, sive meliore lapillo notaveritis. Et quidem si quispiam è vobis habet aliquid quo se padobaptismum firmius probaturum putet, quam adhuc à Savagio aut Vossio potius, aut alio quovis factitatum est, gratissimum erit si vel orbi, vel (quod optatius est) mihi privatim exhibere imperti-verit. Quæ adhuc edita & à me lecta sunt in refutationem mea adhuc sub incude me refutaturum nullus dubito. Convocatio Oxoniensis habita Junii 1° 1647. in rationibus contra solenne fœdus edita Sect. 4. statuit sine consentiente judicio & praxi Ecclesiæ universali (quæ à scriptura distinguunt) defectum fore, si provocentur ad probationem padobaptismi. D. Savagius forsan aliqua pars istius Convocationis jam aliter statuit sub clypeo septemplici Vossii dimicans: mgum erit utriusq; armaturam & vires experiri.

Liceat mihi (viri insignissimi) sine vel levissima arrogantia aut malevolentia notâ, hæc sive vota mea, sive monita tanquam μύρον ναρδου πολυτελους ἐξ ἀλαβάστρου ἐπιχεῖσθαι, uti habet Salvator noster Luc. 6. 38, Commmare, ὡς τὸν κόλπον ὑμῶν δῶσιν. Vtinam floreat Academia Oxoniensis constante pietatis praxi, serio veritatis studio, & utriusq; propagatione fructuosissima. Nollem unquam corruptela morum, disciplinæ remissio, aut quicquam sana doctrinæ adversum spem fructus boni in Academicis germinantis profaciat. Nollem amplius objici, quæ olim Academiis objecta sunt, in iis figi refigiq; determinationes ad placita principum virorum, ingenii vim ab iis ad retardandum abusum reformationem torqueri, serius

vulgo corruptelas improbare. Vellem primos vos esse reducendæ veritatem, strenuosq; in opere Domini promovendo duces. Nôstis non deesse qui sive cuniculis subruant, sive aretibus Academiæ mœnia cuncutiant. Nôstis periclitari res vestras, dum pietatis palmam, imò propagandi Evangelii gloriam aiunt sive verè sive falsò à vobis præripi etiam per eos, qui licet scholasticâ armatura minùs instructi, pietatis saltem specie, & diligentiâ indefessâ opus Domini promoveant. Nisi utilitatem vestram supra alios probetis, vix erit qui Harpyas prohibere possit, ne diripiant dapes, consumant, omnia fœdent. Retinete quæ habetis ut nemo coronam vestram accipiat, imo talentis vestris adeò providè & gnaviter negotiamini, ut Dominus veller suo cum fœnore recipiat, ne tanquam ab inutilibus servis, quod habetis à vobis auferatur. Tenuat vos Christus tanquam astra in manu ipsius, ne quis è vobis jam cadens & fiat stella cadens in aquas easq; præamaritudine in absinthium vertat, sed lucernæ ardentes & lucentes omnes sitis, ut multos justificantes splendeatis in sempiterna sæcula. Hæc vovet Academiæ florenti statui, vestræq; dignitati, veritati tamen operiq; Domini (ἀ Νῦ πρωτῶν) posthabitis

Dabam *Leomonasterii* Silurum
pridie Kal. *Junii* 1653.

Benevolentissimus
in Domino
Servulus

JOANNES TOMBES

Summa eorum quæ in hoc Opuſculo continentur.

Sect. 1. *Reſpondetur Epiſtolæ & Poſtſcripto* Savagii.

Sect. 2. *Pædorantiſmus, in quo Doctor iſte acquieſcit, Ethniciſmum potius redolere, & improperium* Iſraeli *advolvere, dicendus eſt, quàm, qui faliò dicitur, Anabaptiſmus.*

Sect. 3. *Argumenti primi pro pædobaptiſmo a fœdere ad ejus ſignum vanitas oſtenditur.*

Sect. 4. *Nec e* Geneſ. 17. 13, 14: *nec e* Matth. 28. 19. *probatur, eis qui ſunt in fœdere licere adhibere Baptiſmum.*

Sect. 5. *Infantes eſſe in fœdere non probatur e* Gen. 17. 7. *ſed contrarium e* Rom. 9. 7, 8.

Sect. 6. *Nec major, nec minor, Syllogiſmi* Savagiani *e loco* Act. 2. 39. *extruitur.*

Sect. 7. *Reſpondetur quarto argumento* Voſſiano *pro pædobaptiſmo petito e* Joann. 3. 5.

Sect. 8. *Reſpondetur* Savagii & Voſſii *argum. e* Matth. 19. 13. *mandato & factis Chriſti circa puerulos pro pædobaptiſmo.*

Sect. 9. *Reſpondetur* Voſſii *pro pædobaptiſmo argumento ſexto e* 1 Cor. 7. 14.

Sect. 10. *Reſpondetur argumentis* Voſſianis *pro pædobaptiſmo, quia infantes Eccleſiæ membra & mare tranſibant e loco* 1 Cor. 10. 2.

Sect. 11. *Reſpondetur argumento* Voſſii *octavo, &* Savagii *tertio, e* Col. 2. 11, 12. *petito de ſucceſſione Baptiſmi in locum Circumciſionis eorumq; æquiparatione.*

Sect.

Sect. 12. *Pædobaptismus universali post Apostolos traditione non probatur.*

Sect. 13. *Pædobaptismum non esse adeo antiquum ut prætenditur, & prout jam docetur nuperam esse innovationem asseritur.*

Sect. 14. *Argumenta contra pædobaptismum a Christi institutione & Apostolorum praxi vindicantur a* Vossii & Savagii *responsionibus.*

Sect. 15. *Pædobaptistæ Authores schismatis, & profanati sacramenti Baptismi.*

SECT.

SECT. I.

Respondetur Præfationi & Postscripto Savagii.

EDidit nuper Oxoniæ *Henricus Savage* SS. T. D. Coll. Ball. quæstiones tres, uti fert Titulus, *in novissimorum Comitiorum vesperiis Oxon. discussas.* An hoc dici possit de secundâ super quâ nulla oppositio facta est, viderit ipse. Quid verò præfixa gnome ἐξὸν ἑκὶ μιμεῖσθαι ἢ μιμεῖσθαι velit, non satis calleo: si me momum sine causâ, seipsum imitandum innuere velit, nec à me injustè reprehensum quicquam sciat, nec quod reprehendi imitandum docebunt paginæ sequentes. In Epistolâ ait, *me video non modo Linguis sed et Calamis insectatum, recrudescente, insuper vulnere rebaptizatum, & ad instar martyris cujusdam apud Prudentium graphis spe adversariorum emorituru.*

Tragœdiam putares agi Doctorem à sanguinolentis hostibus petitum, purpuram ipsius proprio sanguine intinctam, baptismum eundem in *Savagio* qui olim in *Cassiano*, ab Anabaptistis repetitum, summum discrimen vitæ aut famæ saltem ab adversariis intentatum, adeò ut tantùm non εἰς ἅδου descenderit. Creditis? an Doctor lectori somnia narrat? nugæ certè hæc nugacissimæ! nihil tale aut factum quod scio aut cogitatum: nec linguis, nec calamis ipse insectatus, sed thesis ipsius. Sed reddit rationem dicti:

Nam ut venenum longiùs latiúsq; serpat rem Mercuriorum fidei & clementiæ crediderunt.

Quid sit *venenum istud quod longiùs latiusq; serpere vellent adversarii* iste Doctor non explicat: si per [*venenum*] intelligat Calumniam aliquam in ipsum strictam, innocentissima est epistola mea, quæ in Mercuriali charta impressa est, ab omni ejus generis flagitio; sin antipædobaptismum meum *venenum* nomine intelligat, vellem quidem longiùs latiúsq; serperet, quandoquidem veritatem esse adhuc mihi persuasissimum est. Atqui quantillum est super hac re, quod *Mercuriorum fidei & clementiæ concreditum est ab adversariis*! Quòd si factum à me ad infamiam ipsius tendere existimet, cæ ille haud advertit epistolam illam scriptam, ut veritatem & propriam existimationem

ſtimationem aliquo modo prioti epiſtola petitas tueret; nec quicquam in eâ ſcriptum quod *Preſterum volantium morſus* referret, aut *laſionem ipſius in ſicta imagine inferret.*

Quod verò *adverſarios Andabatarum more pugnare* ait, de me explicitè videtur intelligere. In Epiſtolâ dixeram, reſponſionem argumento meo è textu ad *Romanos 9. 7, 8.* mea apprehenſione non aliam adhibitam, quàm quæ medium argumenti mei conceſſit. An falſus ſim necne patebit è ſequentibus. Sed quid hoc aut quidvis aliud à me dictum aut factum *Andabatarum* pugnam referat ariolari nequeo. *Andabatas* aiunt in tenebris pugnâſſe, ideoq; rarò adverſarios percuſſiſſe, ſæpiùs aliquid aliud obvium. An dicet me ita pugnâſſe cum argumentum meum directè impugnet minorem primi ipſius argumenti pro pædobaptiſmo? Si dicat hoc, itidem de Profeſſore in Theologiâ jam publico Doctore *Henrico Wilkinſono*, qui alto medio eandem mecum concluſionem impetivit, & cujus argumentum ego ſolum modò ulteriùs proſequebar, dicendum erit eum *Andabatarum more pugnaſſe*: ſin hoc intelligat de argumenti mei à reſponſione ipſius vindicatione, nec hoc more *Andabataria* pugnæ factum eſt, ſed quod probandum erat probatum eſt ex ipſius textus medullâ.

Ait deinde *Savagius: Cui quidem interpretationi, nihil humani magis obſtitit quo minùs obviam iret opponens, quàm murmur & ſibilus propè ſtantium.*

Certum eſt in hac narratione à veritate Doctorem aberrare: nam 1. inter diſputandum nec *murmur nec ſibilus* fuit, quod novi, *propè ſtantium*, non adeò pueriliter ſe geſſerunt auditores; ideoq; non fuit iſta cauſa cur interpretationi non obviam iret opponens: 2. ſin eſſet aliquod murmur aut ſibilus propè ſtantium, erat tamen aliquid humani ab ipſo obſervatum quod magis obſtitit, quò minus obviam iret opponens, Vicecancellarii ſc. authoritas pro more interponens.

Pergit in fabulando *Savagius. Haud enim melius accipiendum putabant eum, qui ſingulari certamine ſic devictus, univerſum literatorum exercitum ſatis prapoſterè provocare non videbatur: quem tamen poſteà palinodiam quandam cecinisſe intellexi.*

Sed malè cohærent hujus fabuli partes. Quo enim ore ſingulari certamine me ſic devictum dixerit, quem obviam iturum reſponſo dato dixiſſet, ni murmur & ſibilus propè ſtantium obſtitiſſet? Nec veri aliquid eſt in eo quod ait *me non veritum eſſe univerſum literatorum exercitum provocare.* Quamvis enim non eſt quod verear univerſum literatorum exercitum in iſta quæſtione Dei verbo armatus aggredi, verbatamen mea provocationem ad certamen non ſonabant, ſed refutationis Doctoris

Savagii

Savagii ſuppoſitionis mihi accomodatæ ſecundo poſt die tempore matutino in Scholâ Theologicâ pollicitationem, nec ſi verba provocationem ad certamen ſonuiſſent, provocatus eſſet alius quiſquam præter Doctorem *Savagium*, cujus ſuppoſitionem, hoc eſt theſis confirmationem haud temere aut præpoſterè me refutaturum ſuſceperam, ſed ſatis perpenſis illius viribus; et tempore hoc factum opportuno admodùm ad audaciam eorum reprimendam, qui hujus rei ſucceſſui avidè inhiabant, ut haberent anſam aliquam apud parochianos ſuos referendi de me triumphatum eſſe *Oxonii*: quod antehac factum eſſe intellexi poſt diſputationem, quæ mecum è *Richardo Baxtero* habita eſt *Bendleiæ Januarii* primo 1649. Si quis Doctori retulerit: *me palinodiam cecinisſe* ipſe falſus Doctorem fefellit. Negavi quidem me totam Academiam ad diſputationem de pædobaptiſmo provocâſſe: provocatus ego à plurimis ad opponendum, à Presbyteris aliquot agri *Vigornienſis*, à Doctoribus aliquot utriuſq; Academiæ *Oxonienſis* & *Cantabrigienſis*, quibus reſtiti, donec Doctor *Henricus Wilkinſonus* diſputatione ſuâ Procancellarii authoritate interruptâ me à tergo aſtantem hiſce verbis Anglicè allocutus eſſet, *nonne argumentum meum proſequeris?* Neminem ego provocabam ad diſputandum, quumq; me provocaſſent ad diſputationem plurimi, declinavi, non ex cauſæ meæ diffidentiâ, aut argumentorum Antagoniſtarum metu, ſed gravibus de cauſis, quarum aliquæ in Epiſtola ſuperiori recitatæ, alias non opus eſt commemorare.

In ſuppoſitione Doctoris multa falſa ſubeſſe demonſtrabo. Me *ſpatium ſobriis diſputationibus deſtinatum, jurgiis & ampullis impendere geſtiviſſe* fabula eſt; ne unicum quidem verbum, quod jurgiorum aliquid aut ampullarum haberet, à me prolatum; diſputavi quantum potui poſt deſuetudinem vigiliæ & ampliùs annorum à diſputationibus ejuſmodi Latino ſermone haberi ſolitis in Scholis, Scholaſticè: nec puto Vicecancellarium eâ ratione motum me de lapſu temporis monuiſſe. Vox mea de refutatione integræ ſuppoſitionis Doctoris *Savagii* emiſſa eſt diu poſt monitum Vicecancellarii, ſcilicet poſt peregrini iſtius exceptiones contra teſtimonia è *Juſtino* & *Tertulliano* depromta, & revera ex ea occaſione prolata: Quod ſi præter volem nihil tunc fuerit in cauſa quod mihi Doctor non accomodaverit ſuppoſitionem, cui jam reſpondum eſt in hoc Scripto.

In *Poſtſcripto fabulari emiſſarios* Epiſtolam ſc. meam ait, ſed nihil in eâ fabularum, non dixit Epiſtola *me diſputantem* (*nulla data reſponſione ad illud* Rom. 9. 7, 8) *victoriam reportaſſe, aut reportantem denique, meipſum* [illegible] *vel quid magnificentius* (*ſi Procancellarius*

cancellarius silentium non imperasset) *præstitisse*. Verba mea in cartâ Mercuriali Latinè reddita sic se habent, Cui argumento, quantum deprehendi non alia responsio data est quàm quæ revera concessio erat medii syllogismi mei. Verum est Procancellario pro more silentium imperante me ulteriùs non addidisse donec peregrino quodam incognito inopinatò ad quæstionem de pædobaptismo recidente, & contra duo aut tria Antiquorum testimonia in suppositione Doctoris adhibita solummodò excipiente, altiori loco me collocans cœtum allocutus sum his verbis, si Doctor iste accommodaverit mihi suppositionem integram, refutabo. In quibus verbis non est aliquod commentum, aut quod mendacii aliquem colorem præ se ferat, nec pudet me authorem istorum verborum agnoscere. Quod ait *me hominem in concionibus frequentissimum*, probro mihi non duco; si modo Doctor iste frequens non fuerit in concionando, præsertim si Presbyter sit ordinatus, vitio forsan erit ei vertendum, frustráq; Doctoris nomen obtinuerit, nisi Doctor dicatur *ab docendo*, à non docendo, sicut mons à non movendo, quo dicterio olim notati sunt Doctores haud pauci. Sed de his hactenus, ad suppositionem ipsam transeo.

SECT. II.

Paduantissimus in quo Doctor acquieſcit, Ethnicissimum potiùs redolere & improperium Israeli advolvere dicendus est, quàm qui falsò dicitur Anabaptismus.

PRæfatur *Savagius se* Jehosuæ *ad instar improperium Israelis nostri pro tenuitate sua averruncare: idq; gratiâ imprimis eorum, quibus etsi non datum sit ad Ethnicismum redire, Ethnicismus nihilominus redolent, quod non solum ex Baptismatis militia Christiana, symboli & auctoramenti, neglectu satis innotescit, &c.*

Est fateor *baptisma militiæ Christianæ symbolum & auctoramentum* rectiùsq; sic dicitur, quàm *signum fœderis*, prout in primo argumento Doctor appellat: nec difficor neglectum baptismatis à Christo præcepti Ethnicissimum redolere. Sed si verè rem reputet Doctor sejpsum Baptismi neglectus reum peraget, eoq; Ethnicissimum redolentem inveniet. Non enim verisimile est unquam ipsum baptizatum, sed aspersione aut perfusione aliqua aquæ forsan à non prædicante sacerdote madidatum: quod baptismi nomen apud Græcos antiquos nusquam obtinuit. *Salmasius apparat. ad Lib. de Primatu Papæ pag.* 192. *Non enim id fuit usquè eò quo bodie infantes ipsitiam, non mer-*

sio

sio, unctio, non lotio, non lavacrum, nec λοῦτρον ut etiam Graeci vocant, & vox Baptismi Graecè significat, sed βαπτισμὸς, aspersio, vel infusio aquæ. Plura de hâc re videre est in *Additamento meo ad Apologiam responsorio criminationibus* Roberti Baillæi Glascuensis *Ministri* sect. 23. Quin si obtineat Baptismi nomen usus aquæ, quo ætate jam currente infantes initiantur, certè baptismus non est à Christo institutus, & ab Apostolis, verisque Apostolicis in sacrâ paginâ memoratis usitatus: non enim matheto-baptismus sed brepho-baptismus, non post prævium fidei professionem à baptizato exhibitam, nec ex obedientiâ præcepto Christi & Apostolico, Matth. 28. 19. Marci 16. 15, 16. Act. 2. 38. &c. adhibitâ, sed merè passiva susceptio aliquot aquæ guttarum in facie absque omni finis & usus rei, quæ agitur, cognitione, &, ut plurimum, cum ploratu & reluctantiâ, imò prout ferè praxis habuit nec ministeri istius rantismi in animo quicquam habuit, quam ut peracto ritu juxta Liturgiam impositam Episcopo & Parochianis moriem gereret, nec qui ad Templum infantem adduxerunt aliud in animo habuerunt, quam ut ritus solitus adhiberetur, & deinde omnes opiparè convivarentur. Et proinde nondum baptizatus est Dr. *Savagius*, si non aliter baptizatus sit quam in pædobaptismo usitato vix larvâ & umbrâ veri baptismi fieri solet, sed *neglectus baptismatis militia Christiana symboli & sacramenti* reus, quod *ethnicismum redolere* ipse censet. Pædobaptismi igitur defensio ad imperperium Israelis nostri tendit, & revera averruncatur ab iis qui crassam Pædobaptismi corruptelam ethnicismum in moribus, insciticm in fide forentem tollere contendunt, & primitivum baptismi usum restituere Conantur. Sed videamus quid profert Dr. iste ad defensionem Pædobaptismi.

SECT. III.

Argumenti primi pro pædobaptismo à fœdere ad ejus signum vanitas ostenditur.

STatuit Dr. *Baptizari licite infantes fidelium & activè respectu baptizantium ministri siquidem & parentum ac fidejussorum, & passivè respectu baptizatorum, quibus adolescentibus non incumbere officium alium pratendi baptismum* determinat. Ego contrà statuo. Confirmare nititur thesin hoc modo.

Dico primo, quod eis qui sunt in fœdere licet adhibere fœderis signum sci. baptismum; at infantes fidelium sunt in fœdere; ergo infantibus

tibus fidelium licet adhibere fœderis signum sc. baptismum. Major probatur, Gen. 17. 13, 14. Erit q. pactum meum in carne vestra in fœdus perpetuum, & Matth. 28. 19. Probatur verò Minor ex formula fœderis Gen. 17. 7. Ero Deus tuus & seminis tui. Sic & Act. 2. 39. vobis enim facta est promissio, et liberis vestris, & omnibus qui longè sunt, quoscunq; advocaverit Dominus Deus vester. Perabsurdum enim est ut per Messiæ adventum imminutum sit fœdus, cumque in vet. Testamento etiam se extenderit ad infantes, in novo solos spectet adultos, ideoq; sit mentio liberorum ἀνηλίκων sine discretione ætatis, unde liquet non minus parvulos, à Petro, comprehendi, quam quum dicerit Deus Abrahamo, Ero Deus tuus et seminis tui. Hæc ferè summa est trium priorum argumentorum *Vossianorum*, nisi quod explicatius mentem suam refert *Vossius* in pluribus, quæ in sequentibus sicut opus erit notabuntur.

Respondeo, ambigua hic plurima, falsa plurima. *Fœderis formulam dicit promissionem Gen.* 17. 7. Abrahamo *factam, ero Deus tuus et seminis tui*: sed primo sunt & promissiones aliæ æque benedictiones temporales exhibentes in isto fœdere positæ, ideóque iniquè dicitur ista unica promissio *Ero Deus tuus et seminis tui* esse tota formula fœderis aliis promissionibus seclusis. 2. Non probabit *Doctor* iste baptismum à Christo institutum esse signum istius fœderis, nullibi, quod scio, in totâ Scripturâ sacrâ Baptismus aquæ signum fœderis alicujus dicitur, multò minùs istius: quod *Gentilitium*, ut vocat, *Grotius in Annotatis ad Gen.* 17. *fœdus fuit*, nec fœdus Gratiæ Evangelicæ nisi quoad latentem sensum intra verborum corticem. 3. Si diceretur signum fœderis Evangelici, intelligi potest tripliciter, vel ex parte baptizati, vel ex parte baptizantis, vel ex parte Dei per eum significantis. Ex parte baptizati est signum fœderis quum baptismus adhibetur à baptizato, ut eo ritu significet se cum Christo fœdus inire, seque ei ut Domino addicere. Fateor hoc sensu rectissimè dici baptismum fœderis signum, sed non fœderis ad formulam à *Savagio* recitatam, nec infantum baptismus hoc sensu potest dici fœderis signum, quandoquidem nihil baptismo testantur ipsi fœderis inscii & planè inviti baptizati. Ex parte bpatizantis, qui hoc signo monet baptizatum fœderis, sed nec hoc sensu pædobaptismus signum est fœderis, nihil enim significatur infanti, cui nullus usus rationis qua significatio fœderis discernatur. Ex parte Dei, ita ut baptizato significet Deus baptismi signo se Deum fore infantibus fidelium indiscriminatim: sed nec hic sensus potest esse rectus: non enim pollicetur se fore Deum infantum fidelium quorumlibet, sed electorum solummodo et fidelium, nec unquam animi sui sententiam declaravit, ut baptismus cujuslibet

ritè baptizati teſtimonium ipſius eſſet, futurum ſe Deum quorumlibet fidelium infantum. 4. Si modo ſignum fœderis rectè diceretur baptiſmus, non tamen ſynonymi, aut ut Logici loqui amant, convertibiles termini dicendi ſunt, quemadmodum Dris. verba præ ſe ferunt, baptiſma & ſignum fœderis; nam hac ratione cœna Domini non eſſet ſignum fœderis, quod a Dre. non dictum iri mihi eſt perſuaſiſſimum. Interim advertat Lector Dnem. & reliquos pædobaptiſtas argumentum ſumere à fœdere ad ſignum fœderis, ut probent pædobaptiſmum, ideoque à communi ratione tam cœnæ Dominicæ quàm baptiſmi, & proinde ſi ratio valeat ad probandum jus infantis ad baptiſmum, ratio eadem probabit jus eorum ad cœnæ Dominicæ ſumptionem. Nec diſpar eſt ratio ex præcepto 1 *Cor.* 11. 28. quum ſæpius mandatur reſipiſcentia & fides ante baptiſmum uti *Acto.* 2. 38. & 8. 36, 37. quàm ante cœnam Dominicam. 5. *Fœderis* uti vocat *formula* Gen. 17. 7. *ero Deus tuus & ſeminis tui poſt te*, juxta diverſam ſeminis Abrahæ acceptionem variis ſenſibus exponi poteſt. Eſt enim ſemen Abrahæ aliud per excellentiam Chriſtus *Gal.* 3. 16. aliud ſpirituale *Gal.* 3. 29. aliud naturale, idque vel adeundæ ipſius hæreditati natum *Iſaacus* ſc. & *Jacobus*, eorumque poſteri, vel non hæreditatem Abrahæ adeuns, uti *Iſhmael*, *Cheturæ filii*, *Eſaum*. Non aliud ſemen Abrahæ indicat ſcriptura, licet pædobaptiſtæ liberos naturales Gentilium fidelium ſub Abrahæ ſemine comprehendi fingant, quos dixerunt Abrahæ ſemen Eccleſiaſticum. Variis item modis Deum ſe eſſe ſeminis Abrahæ tam diverſi intelligi poteſt, nullo quod ſciam ſenſu pollicitus eſt Deus ſe Deum fore Abrahæ ſemini naturali hæreditatem ipſius non adeunti: naturali verò hæreditatem adeunti peculiari modo, qui ne ſanctiſſimis chriſtianis è Gentibus competit, ſe Deum fore ſtipulatur, nam ei terram Chanaaniticam, in eaque proſperitatem, erectionem Templi, & eccleſiæ ſuæ apud Gentem iſtam, aliaque uſque ad adventum Meſſiæ ex ipſis oriundi pollicetur, quod nec *Jobo*, nec *Lotho* aut cuilibet alii ex patriarchis factitatum. In cujus rei ſignificationem circumciſio adhibita, quæ cum fœdere hoc alioque ad montem Sinai inito evanuit, quanquam fœdus Dei renovandum ait Apoſtolus *Rom.* 11. 26, 27. cum poſteris Iſraelis, quum rurſum inferentur. Deus vero eſſe ſemini Abrahæ ſpirituali electis ſcil. & fidelibus ſive è Gentibus ſive circumciſis quoad juſtificationem, ſanctificationem & vitam æternam, aſſeritur ſæpius *Rom.* 4. 11, 12. &c. Chriſto item ut ſemini Abrahæ καὶ ἐξοχὴν tum propter ſe, tum propter ſuos factam iſtam promiſſionem cum Apoſtolo conceditur *Gal.* 3. 16. Sed Deum fore naturali ſemini fidelium è gentibus non lego. 6. [In fœdere eſſe] non uno modo ſumitur

vel enim infantes fidelium in fœdere esse dicuntur, quoniam idem fœdus Deus paciscitur cum parente fideli & cum filio, hoc est posito quod parens sit fidelis, Deus promittit se ei Deum fore justificando, sanctificando, glorificando cum ipso filium: Hic sensus obvius est legentibus scripta & audientibus conciones pædobaptistarum, apud quos frequentissimum antehac fuit liberos confœderatos cum parentibus, fœdus gratiæ factum liberis fidelium unà cum parentibus, virtute promissionis, *ero Deus tuus & seminis tui*, salutem indubitatam fidelium filiis morientibus in ætate infantili obtingere, nec puto D^tem. istum aliud hic velle. At *Stephanius Marshallus*, *Johannes Geranus* aliique pernegant promissionem gratiæ salutiferæ verbis istis, *Ero deus tuus & seminis tui* factam infantibus fidelium quà talibus, sive universim: Sed quum fœderatos dicunt in fœdere eos externo volunt, hoc est externam fœderis, uti dicunt, administrationem ad liberos fidelium pertinere. Atqui hæc mera est ludificatio lectoris: nunquam enim aut scriptura per promissionem istam *Gen* 17. 7. intellexit, filio naturali fidelis etiam Gentilis futuram externam fœderis administrationem circumcisionem sc. & baptismum, imò in isto sensu esset falsa Dei promissio: quoniam sæpe accidit ut externæ administrationis non sint participes, imo nec capaces, ex. gr. semen in patre morientis. Deinde in argumento ipsorum esset tautologia inepta, nam externam administrationem non aliam statuunt infantibus fidelium competere præter baptismum: *esse* ergò *in fœdere* est juxta ipsos esse capaces externi fœderis, hoc est externæ administrationis, quæ non alia est à baptismo, & proinde argumentum *Stephani Marshalli* aliorumque *Infantes fidelium sunt fœderati, ergo baptizandi*, est probatio ejusdem per idem; & si D^. *Savagius* non aliter in fœdere velit esse infantes fidelium, fœdus & signum fœderis coincident, & esse in fœdere non aliud erit quàm capacem esse baptismi, atque ita Medius terminus idem erit cum Majore, & ingredietur Conclusionem, Major erit propositio identica, eaque nugax, Minor & Conclusio planè tautologicæ: tota argumentatio huc recidit terminis idem significantibus diversis adhibitis, infantes fidelium sunt capaces baptismi, ergo sunt capaces. 7. Incertum quos per [*fideles*] intelligat D^. iste, an verè fideles coram Deo, an omnes etiam qui fidem externè profitentur, & pro fidelibus in facie Ecclesiæ reputantur. Praxis usitata pædobaptismi (quam tueri sat scio istum D^tem. quippe fidejussorum usum probat) ostendit de his etiam quantumvis hypocritis, imò insciis christianæ fidei, & aperte flagitiosissimis, quoniam pars aliqua gentis Anglicæ nomine christianæ intelligi. Atqui mirum est Deum

pollicitaturum

pollicitatur eum se Deum fore liberis parentum gratiâ quibus nunquam se Deum fore pollicetur. 8. De omnibus infantibus fidelium qualitercunque sint fideles verisimile est eum intelligere: nam sic habet praxis usitata quam Doctor iste videtur queri fidei assorum usum probando, ut scilicet omnes filios Anglorum apud nos natos, sive nothi sint sive legitimi, parentibus orcos sive notis sive ignotis baptizent.

His præmissis respondeo argumento: medii termini [*sunt in fœdere*] sensus est, vel sunt in fœdere, quoad promissionem gratiæ salutiferæ, & in isto sensu negantur & major & minor intellecta universim, vel quod perindè est reduplicativè, ità ut Infantes fidelium quâ tales esse in fœdere statuantur: vel sensus est, sunt in fœdere quoad externam administrationem, & in hoc sensu syllogismus est nugax ut dictum est, major propositio est identica, conclusio & minor idem sunt, & proinde neganda est minor æquè ac conclusio. Sed examinemus quæ affert iste Doctor pro *Vossium*.

SECT. IV.

Nec è Gen. 17.13,14. *nec è* Matth. 28.19. *probatur, eis qui sunt in fœdere licere adhibere baptismum.*

MAjor, ait, *probatur* Gen. 17.13,14. *eritq; pactum meum in carne vestrâ in fœdus perpetuum, &* Matth. 28.19.

Resp. Ac si securus esset de majore levi pede probationem transcurrit. Sed probationem ego majoris imprimis desidero; imò pluspuam uno in loco differui non esse connexionem necessariam inter [fœderatum esse] & [signandum esse] etiamsi daretur infantes fidelium esse fœderatos, & baptismus sigillum fœderis gratiæ dicendus esset: de quâ te videre licet *Examinis, Stephani, Marshalli* concionis de Pædobaptismo partis tertiæ sectionem primam, *Additamenti Apologiæ, Sect.* 3. *Antipædobaptismi partis primæ, Sect.* 5. E *Gen.* 17 13.14. nihil est quod probet hanc propositionem [*eis qui sunt in fœdere licet adhibere fœderis signum sc. baptismum*]: nec enim verbulum est de baptismo, sed de circumcisione, nec de cujuslibet è fœderatis, sed natis e juisq; non ante diem ab ortu octavum. Quod verò affert, *Fœdus meum erit in carne vestrâ*, noverint universi hoc metonymicè intelligendum de signo

 fœderis

fœderis, quod vult Deus etiam in carne esse omnes, qui in domo *Abrahæ* nati, malefanorum sive fœderati essent, hoc est promissionem ipsis factæ sint, sive non, uti discendum de *Ismaele* aliisque circumcisis è Gen. 17. 19. 20. 21. aliisque locis patet. *fœdus* verò *perpetuum* notare perpetuitatem inimicitiæ non ultrà Messiæ adventum extensam; quumque neglectâ circumcisione *irritum fieri fœdus Dei dicitur*, sive privando filium, sive parentem dono promissionis vel simpliciter, vel quoad eum in se, vel si per [*fœdus Dei irruptum*] mandatum intelligatur, nihil horum probat propositionem negatam: sed hoc solummodò quod ad rationem punctum indè infertur. *Omnis mas octiduus in Abrahæ domo sub pœna gravi circumcidendus*, quod longè abest à probatione propositionis majoris à Doctore petitæ. Quæ verò in subsidium dictat *Vossius thes.* quinto, *eandem esse utriusque fœderis substantiam, ac licet sacramenta eum signis varient, tum objecti amplitudine* (*quia illic soli* Abrahæ *filii secundùm carnem: hic universè omnes fideles obsignantur*) *tamen vetus mandatum de fœderatis eos, inter infantes inaugurandis, vim suam retinet. Nempe etsi circumcisio est legis cæremonialis, tamen obsignatio fœderatorum est perpetua legis. Eaque ratio est, cur necesse non fuerit Christum nominatim de infantibus præcipere, quia frustrà repetitissent, quod in veteri Testamento jam traditum erat*, partim contra ipsum thesin militant, partim nullo fulcro stabilita ipsa per se corruunt. Contra ipsum militant, quæ ait, *Sacramenta cum signis variare, tum objecti amplitudine* (*quia illic soli* Abrahæ *filii secundùm carnem, hic universè omnes fideles obsignantur*) si enim *Sacramenta signis varient* mandatum de uno non est mandatum de altero, nec quod præceptum est de circumcisione præceptum est de baptismo, præcepta enim sunt de signis: si *varient objecti amplitudine*, tum objectum unius non est objectum alterius, hoc est, non sequitur infantes esse objectum baptismi quia objectum erant circumcisionis: si *illic soli filii Abrahæ secundùm carnem obsignantur*, tum ratio circumcisionis non eam conditionem petebat quam baptismus, pœnitentiam, scilicet, & fidem, si *hic universè omnes fideles obsignantur*, nim ipso fatente fideles objectum sunt baptismate obsignandum, nec filii fidelium eò quòd filii fidelium secundùm carnem, ne si ipsius *Abrahæ* patris fidelium filii essent baptizandi. Si *circumcisio sit legis cæremonialis*, tum non obligat gentes, ideoque frustra dictum, *fœderis signum*, Gen. 17. 11. *ne negetur fœderatis perpetuo & constans*

nullus est Dei voluntas; nam locus iste Gen. 17. 13, 14. de nullo fœdere in signo quovis circumcisionem aliquid statuit. Quod quis fatetur *nonnunquam de infantibus non præcipi*, Matth. 28. 19. contra ipsum militat qui voluit isto loco, *Christum infantes fœderatos inter complexum fuisse, cum Apostolis præciperet, ut baptismo fœdus obsignarent.* Quod verò ait, *eandem utriusque fœderis substantiam*, si hoc sensu intelligatur, promissio justificationis & salutis in fœdere cum *Abrahamo* est per fidem sicut in novo fœdere, concedo: sin hoc velit promissiones per omnia esse easdem in utroque fœdere, nihil falsius; nam in novo Testamento non est promissio terræ *Cananitica*, aut quietis & prosperitatis in terra, sicut in fœdere cum *Abrahamo*, sed in oppositum prædictio crucis omnibus qui piè volunt in Christo vivere expectandæ, 2 *Tim.* 3. 12. *Matth.* 16. 24. nec verum est quod ait, sed absque omni probatione, *obsignatio fœderatorum est perpetua legis*, nec enim ante *Abrahæ* tempus lex ulla de obsignatione fœderatorum per annos bis mille & quod excurrit, nec ipsi *Abrahamo* licet sæpius fœderato ante annum ætatis nonagesimum nonum, nec ulla lex de obsignandis fœderatis præter circumcisionem. Lex de obsignatione fœderatorum sine aliquo signo præcisè nominato est commentum ad Ideæ Platonicæ exemplar effictum.

Matthæi verò 28. 19. propositio ista non astruitur. Jubentur quidem prædicando Evangelium discipulos facere ex omnibus gentibus & discipulos factos baptizare: ergo inde infertur iis qui discipuli fiunt baptismus adhibendus. Sed immane quantum distant hæc [esse in fœdere] & [fieri prædicando Evangelium discipulum] *Jacobus* in fœdere antequam natus, *Rom.* 9. 11. non tamen discipulus. Discipulus ille solùm dicitur qui Evangelium audivit & credidit, [*esse in fœdere*] notat solùm promissionem fœdus faciendi terminatam ad fœderatum qui novis nondum vocatum, imò adhuc vocanti repugnarem. Locus iste clarissimè probat juxta Christi institutionem baptismum non adhibendum infantibus, sed discipulis, (id est, ut *Marci* 16. 16. dicitur credentibus Evangelio, prout fusiùs à me docetur in *Antipædobaptismi* parte altera, *Sect.* 5. & seqq. Deo volente impugnanda. Nec verum est quod *Vossius* thesi 13. ait, *Mandatum universale* Matth. 28. 19. *baptizandi universos, etiam infantes*, quod thesi quinta contendit: ipso enim *Vossio* exponente jubet Christus non alios *quàm discipulos baptismi signa obsignari* thesi quinta. Nec fœderatus,

hoc est ex promissione Divina a fine sui foederatus idem quod discipulus Christi, nec verum est Christum inter discipulos baptizandos infantes complexum, sed eos solum quibus annunciato Evangelio fides inerat.

SECT. V.

Infantes esse in foedere eum probatur è Gen. 17. 7. sed contra ejusdem è Rom. 9. 7, 8.

PRobatur vero, inquit Doctor, *minor ex formulâ foederis*, Gen. 17. 7. *Ero Deus tuus & seminis tui*: addit *Vossius*, *Tum ex eo, quòd infantes non minùs quàm adulti circumcidebantur.*

Resp. Hoc assumentum *Vossianum* supponit omnes circumcisos foederatos fuisse: sed nec de foedere cum *Abrahamo* verum est, natum *Ishmael* è foedere excipitur *Gen.* 17. 19, 20, 21. *Rom.* 9. 7, 8, 9. Sed ut *Savagii* insistam vestigiis. De infantibus fidelium è gentibus intelligit Doctor minorem æquè ac Judæorum. Atqui ne verbulum est de infantibus fidelium è gentibus: nullius seminis istic mentio præter *Abrahæ*. Quod si de naturali intelligatur nihil hoc ad infantes fidelium è Gentibus: si de spirituali illud dicitur fidelibus & electis, non de fidelium infantibus nisi fidelibus aut electis: hoc quod *Abrahæ* promittitur & ejus semini, promittitur cuivis credenti & ejus semini. Non enim hæc promissio, quantum ad Evangelicum tenebris, pertinet ad *Abrahamum* ut fidelem simpliciter, sed ut *patrem fidelium* interpretante Apostolo *Rom.* 4. 11, 12. Ideoque nec ipsum *Abrahami* filiis omnibus ista promissio facta, *Gen.* 17. 7. quantum ad spiritualia, sed electis summodò & fidelibus. Quod clarissimè exponit ad *Romanos* v. 6, 7, 8. probatur. In eo loco obviam it Apostolus huic objectioni. Posito quod Judæi rejiciantur à Deo, excidit verbum Dei quod *Abrahæ* dictum est, *Gen.* 17. 7. *Ero Deus tuus & seminis tui.* De hoc enim verbo quæri quomodo rejectis *Judæis* non excident patet è responsione v. 7, 8. in quibus exponit qui sint *qui vocantur & reputantur in semen.* Objectio verò hujusmodi est. Si rejiciantur *Judæi*, tum verbum Dei excidit, quo pollicetur se Deum fore *Abrahæ* & ejus semini: sed verbum Dei non excidit, ergo, *Judæi* non rejiciuntur à Deo. Ratio consequentiæ est, quia *Judæi* sunt semen *Abrahæ* cui-

cui promissio facta, quia *Abraha* filii naturales. Respondet Apostolus, *neque quod semen* Abrahæ (per naturalem generationem) *sunt omnes filii, sed in Isaaco vocabitur tibi semen* (cui promissio facta est) quod exponit versus sequens, *hoc est non filii carnis hi filii Dei, sed filii promissionis censentur in semen.* Ubi animadverti potest. 1. [*Semen Abraha*] idem esse quod [*filii carnis*] hoc est filii naturales, non enim dicuntur *filii carnis* quemadmodum *Gal.4.23,29. Quæcunque per opera legis justitiam consequuntur*, ut *Arminius* vult, aut carnales quoad animi habitum: nam *Esavus* hic subit considerationem *filii carnis*, qui tamen hic subit notionem *nondum nati nec facientis quid boni aut mali*, v.11. ideoque non ut operarii. 2. Pro Synonymis hic poni [*filii, semen vocatum, filii Dei, semen reputatum*] ut patet ex verbis. 3. [*Filium promissionis*] idem hic esse quod hominem cui promissio ista *Gen.17.7.* competit, sicut *filius iræ*, *filius perditionis*, & consimiles formæ Hebraismum imitantes perforam iræ obnoxiam, perditioni destinatam notant. 4. Oppositionem poni, v.8. inter *filios carnis*, eosque *semen Abraha*: per naturalem generationem, *v.7. & filios promissionis*, qui soli *in semen censentur*. Unde responsio Apostoli hæc est. Promissum istud *Gen.17.7.* non de *Abraha* semine naturali, scilicet sive filiis carnis intelligitur, ergo non de *Judæis*, prout sunt naturali generatione ab ipso prognati: sic enim omnes *Judæos* promissio spectaret: sed de semine quod *vocatur & censetur ex Dei proposito secundum electionem*, ut exponitur v.11. & hi soli filii promissionis & filii Dei. Quæ responsio planè consona est *Joannis Baptistæ* responso adhibito *Judæis* fiduciam ponentibus in origine ex *Abrahamo*, *Matth.3.9.* Ex loco isto sic disputari in vesperiis comitiorum *Oxonii*. Infantes fidelium apud nos non magis sunt in fœdere, quam infantes *Abrahamo* orti: sed infantes omnes *Abrahamo* orti non erant in fœdere, ergò nec nostri. Major per se patet, minor è textu. Non fuerunt in fœdere, qui non fuerunt filii promissionis, filii Dei, semen vocatum, quod Deus censebat in semen, nam huic soli fœdus factum, *Gen.17.7.* statuit Apostolus, sed omnes infantes *Abrahamo* orti non fuerunt filii promissionis, filii Dei, semen vocatum, quod censebat Deus in semen. Ergo. Minor probatur expressâ determinatione Apostoli opponentis filios carnis filiis promissionis, ergo non coincidunt adeò ut quicunque sunt prognati *Abrahamo* sint itidem filii promissionis cui Deus

promissi & fore Deum. Responsum ergo Apostoli est illud non cadere verbum Dei *Judais* rejectis, quia ne filiis *Abrahæ* naturalibus, sed electis solummodò undecunque promissum est à Deo & eis fore Deum. Quam expositionem longè fecêre Authorum turmas, quorum aliquot posui in margine. Examinis mei *Conclusio Stephani Marshalli, parte tertia, sect. quartâ*, in *Præmissis* usque *Sect.* 10. Quibus addi possent *Beza Annot. ad Rom.* 11. 11. *Chamierus Panstrat. Catbol. tom.* 4. *lib.* 3. *cap.* 3. *sect.* 12. cum multis aliis. Imò ex hoc ipso loco Contrarremonstrantes sic loquuntur. *Amesius, enarr. art.* 5. *cap.* 2. *Semimis etiam vocabulo salutem electi & efficaciter vocati notari docet Apostolo sic hunc locum interpretante, Rom.* 9. 8. *Gal.* 3. 16. & 4. 28. *Samuel Rhetorfortis Exercit. Apologet. cap.* 2. *num.* 7. *Soli electi dicuntur in Scripturis fœderati, filii & hæredes promissionis, Rom.* 9. 8. *Actis Synod. Dordrac. Judicium professo: Belgic. de* 5. *Artic. Remonstr. Soli electis hæ promissiones factæ. Minor ex professo probatur à* Paulo, Rom. 9. 7, 8. *Nam soli filii promissionis censentur in semine, ad quos scilicet verbum illud de æternâ hæreditate possessione pertinet.*

Quid ad hæc Dr. *Swenginus*? In Epistola ad Lectorem hæc habet, *Ad argumentum Magistri* Tombe (*quod sibi palmarium videbatur*) *in primam quæstionem ex* Rom. 9. 7, 8. *desumptum respondebam, locum esse per se, vel ipse lectionis manifestum, semen scilicet* Abrahæ *cum filios carnis posse, in sensu compositos, hoc est, cum consilium cum promissione divina, esse filios Dei, quamvis non in sensu diviso, hoc est, separatim & extra septum salutis positos. Atque hunc esse ipsissimum Apostoli scopum quis non videt?*

Gratulor equidem D. *Aytoni Swagio*, quòd responsionem suam ipse retulit. Quis enim non videt verissimum fuisse, quod Epistolæ tres in charactere Mercurii impressa habuit, responsum non aliud, quòd deprehendi, argumentum meum è Epistola ad *Rom.* 9. *Cent.* 3. 8. *datum*, quam quòd medium argumenti mei concederet? Probabam enim ratiocinem esse infantes fidelium sunt baptizandi, quia in fœdere sunt juxta promissionem, *Ero Deus tuus & seminis tui*. Nam *Rom.* 9. 7, 8. Apostolus ex professo probat non esse filios fidelium, ne ipsius quidem *Abrahami* aut *Isaaci* in fœdere illo quærendo fidelium filii sunt, nam tunc omnes ipsorum filii essent filii promissionis & conferentur in semen. Sed hoc negat, imò negationem probat Apostolus in *Ismaele*, & *Esavo*. Quòdsi

ne

ut *Abrahami* & *Israel* omnes filii fuerint filii promissionis? nec enim semini in semen suo promissio facta est, *Gen.17.7.* aliàs absolutè verum erit Deum posteritatis esse sui Deum infantibus fidelium & electis quæ talibus, eósque omnibus infantibus fidelium sive electis sive non electis. Hoc ipsum verò concedit ipse Doctor quum ait, *Semini Abrahæ & eius filios carnis non esse filios Dei in sensu diviso, hoc est, separatim & extrà separata fœderis ponit.* Concedit ergo filios *Abrahæ* seu filios carnis separatim se habere à promissione, & extra septum fœderis positos. Quod est ipsissimum argumenti mei medium, & contradictionem minoti argumenti primi Doctoris, *Infantes fidelium sunt in fœdere.* Quod verò ad alterius partem responsionis attinet, binas habet absurditates, 1. Quòd non respondeat rei à me allegatæ. Ait enim, *Semen Abrahæ esse filios Dei in sensu composito conjunctim cum promissione divinâ:* Sed argumentum meum erat non esse filios promissionis, nec semen cui promissio facta est, ideoque respondendum erat Doctori non quo sensu erant filii Dei, sed quomodo omnes *Abrahæ* filii dicendi essent in fœdere etiam infantes, juxta promissum *Ero Deus tuus & seminis tui, Gen.17.7.* quum tamen Apostolus ait plurimos etiam filios *Abrahæ* secundùm carnem non fuisse filios istius promissionis, hoc est, ad quos ista promissio spectabat, sed solummodò ex iis electos. 2. Quod componat ea quæ Apostolus opponit. Apostolus enim negat promissionem ad vivum factam filii carnis, distinguit enim filios promissionis à filiis carnis, quod Deus innuit non esse eosdem filios carnis & filios promissionis, sed filios esse carnis, qui non sunt filii promissionis. Doctor verò supponit promissionem illis divinam factam & eo ratione filios Dei, quod directè contradicit Apostolo, imò & propriis verbis, qui in altero membro distinctionis ait, *Separatim & extrà separata fœderis ponit.* Quis ergo non videt Apostoli scopum Doctorem non deprehendisse, sed ineptè effutivisse *nescio quæ*, quæque sua ipsius jugulaverint, argumentum verò meum stabilierint? Nec contrarium possimus, quin meam Pisolo papistas, ut deinceps abstineant ab ejectionibus istis, infantes fidelium sunt in fœdere, Deus promisit se Deum fore fidelibus & eorum semini, *Gen.17.7.* adeò apertè ubi Apostolo negatis, & contendatis, quem omnes fidelium filios baptizare eò quòd sint in fœdere juxta promissum, *Gen.17.7.* deserto vos doctrinam quam Christus monstrante veritate contra Romanistas, solùm electos esse fœderatos, pro omnibus & singulis

ita non esse mortuum Christum, sed pro fœderatis, qui soli electi, eósque omnes & solos verè virtute fœderis conversi, nec posse à fide penitùs apostatare, quia *Deus pro suo beneplacito cum Ecclesiâ sanctâ intus, æternam gratiam, & in ea perseverantiam suis promisit*, Gen. 17. 7. Abrahamo *omnium tam ex præputio, quàm ex circumcisione credentium patri dixit, stabilio fœdus meum inter me & te, ac semen tuum, post te per ætates suas, ut fœdus sit perpetuum me tibi esse Deum, & semini tuo post te, uti fratres Nort-hollandi loquuntur in Actis Synod. Dordrac. in Judicio super quinto Artic.* Relinquunt item doctrinam, quam adversùs Pontificios tuentur Protestantes, novum fœdus esse, justos ex fide vivere, justificari itaque ex fide solùm credentes, quia hæc est formula novi fœderis, *Ero Deus seminis Abrahæ*, hoc est, credentium, *Rom.* 4. 11, 12. Sed sentio me lapidi loqui, ideoque me reprimo.

SECT. VI.

Nec major nec minor Syllogismi Savagiani è loco Act. 2. 39. extruitur.

SEquor Dremm *Vossium*, qui ei in decursu lampada (sine luce) tradidit. Addit Dr. *Act.* 2. 39 *Vossius* verò thesi sextæ, sic effert mentem Apostoli. *Ubi*, ait, *ita argumentatur Apostolus: quibus facta est promissio gratiæ illi debent baptizari in remissionem peccatorum, ut accipiant Spiritum sanctum. At vobis & liberis vestris facta est promissio.* Et quidem conantur ex hoc loco, quanquam frustrà, tum majorem tum minorem Syllogismi *Savagiani* Prædobaptistæ extrucre. Quibus ut occurram, 1. Observandum fœdus gratiæ, sic describi à Protestantibus. *Fœdus gratiæ est, quo Deus Christum ipsum, ejusque beneficia gratis promittens ab homine vicissim exigit, ut Christum fide recipiat acrecipiscat, sic Dicentani fratres in Judicio super secunda Art. Remonstr. in Actis Synod. Dordrac.* Nec quisquam est quod scio qui promissionem gratiæ exponat tanquam factam non credentibus & impœnitentibus. Vera ergo non est minor Propositio Syllogismi *Vossiani* absolutè, hoc est, sive vocentur illi & liberi eorum, sive non, sive credant & recipiscant, sive non. 2. Gratis supponitur promissionem

me-

mentorum, *Act.* 2.39. fuisse promissionem quæ habetur, *Gen.* 17.7. *Ero Deus tuus & semini tuo*; nec addimus [*liberis vestris*] hoc evincit; nam addita sunt verba ista non illustrio ad promissionem factam, *Gen.* 17.7. nihil enim hîc de *Abraha* semine sub ista consideratione, sed propter imprecationem, quam fecerant, *Matth.* 27.25. *Sanguis ejus sit super nos & liberos nostros*; ideò ipsis dicit & liberis ipsorum esse promissionem. Quod si quis sciscitetur à me quænam hîc promissio intelligatur, respondeo me non intelligere de promissione spiritus quoad dona extraordinaria, quæ habentur v. 16, 17, 38. aut dona peculiaria functionem nacto in Ecclesia specialem: videtur enim tunc sequi ista dona spiritus promitti omnibus, quos advocaverit Dominus Deus noster. Sed vel de promissione quæ habetur *Act.* 3.25. *In semine tuo omnes benedicentur familiæ terræ*, vel (quod mihi magis arridebit) de promissione facta *Davidi* & *juramento* firmatâ fore ut *ex fructu lumbi ejus, quod ad carnem attinet, Christum illum susciteret, quem collocaret super ejus thronum*, quam memoratur, v. 30. Cui consonat quod *Paulus* habet *Act.* 13.23. *Hujus è semine secundùm promissionem excitavit Israeli servatorem Jesum*, & v. 32, 33. *Et nos vobis evangelizamus eam promissionem, quæ patribus facta est, Deum videlicet eam impleviſſe filiis illorum, id est, nobis (vulgata nostris) suscitando Jesum, sicuti in secundo Psalmo scriptum est, Filius meus es tu, ego hodiè genui te.* Promissio ergo erat de incarnatione vel resurrectione Christi, quam *Petrus* intellexit. 3. Non dicitur [*Promissio est facta*] quasi quam sic legit *Beza* & post eum *Vossius* & *Savagius*, tamen non verum diviſit *Petrus* isto sensu: non enim facta est promissio illis, sed *patribus ipsorum*, quod expressè habetur in locis parallelis, *Act.* 3. 25. & 13.32. Quod si quis quærat quid addendum sit verbo [*Est*] si modò (supplementum sit necessarium, possumus rectius supplere [*Erat promissa*] adimplenda ex *Act.* 13.32. collatis enim similium locorum optimè sensum logicum. 4. Quando dicitur [*adimplevit*] scilicet adimpletæ, non solùm hoc possunt quo adimpleta est, quod proprie convenit locis *Act.* 3.26. & 13.32. nihil puto fodit [*vobis primùm*] quod mittit in virtutem benedictionis. Sed quæ dictiones illi quos alloquitur? In parvo hîc vitio. Alii itaque plurimi volunt hoc dictum illustrandum personis qualificatis ad promissionis fruitionem, eâque ratione privilegium aliquod Apostolum illis impetrare, quo [illegible] nempè

nempè ut credentibus. Sed revera non potest hic genuinus esse sensus. Ex verbis enim tam antecedentibus quàm consequentibus elici potest illos tunc temporis quum eos alloquutus est *Petrus*, non fuisse inter credentes, quibus promissio competeret. Nam v. 38. hortatur eos ad resipiscentiam, & v. 40. dicitur, *Aliisq; sermonibus pluribus obtestabatur & exhortabatur eos dicens, servemini ex gente istâ pravâ*; ergo non consideravit eos *Petrus*, v. 39. ut jam credentes; imò v. 41. distributio est, quum dicitur, *Qui ergo libenter receperunt sermonem ejus baptizati sunt* quo innuitur non omnes recepisse sermonem ejus, & proindè non credidisse, quibus dictum v 39. *Vobis est promissio*. Nec contra est quod v. 37. dicitur, *Audito* Petro *compuncti esse corde & dixisse ad* Petrum *& reliquos Apostolos, quid faciemus, viri fratres?* Nam hæc verba solùm indicant perculsos eos tunc horrore animi ex conscientiâ criminis immanis, cujus rei erant, crucifige, do Christum Dominum, sed non fide præditos, quâ Christum & Dominum suum agnoscerent, & in eum fiducialiter recumberent, cui unicæ promissio salutis annectitur. Quin vel [*vobis & liberis vestris*] innuit eos, utpotè *Judæos*, præcipuè *Hierosolymitanos* respici, juxta illud *Act. 3. 26. Vobis primùm Deus suscitatum filium Jesum misit*, vel potiùs [*vobis & liberis vestris*] innuit illis horrendum factum, quod patrâssent, ac si dixisset, etiam *vobis* licet Christi interfectoribus *promissio est*, ut omnem animi desponsionem tolleret ne peccatum crucifixionis Jesu Christi irremissibile putarent. Emphaticè ergo dicit [*vobis*] quamvis scelerati simis Christi Domini interfectoribus tamen promissio est adimplenda, &c. eodem planè modo, quo *Josephus* fratres horrore fecit, quòd ipsum vendiderant, & metu potentiæ ejus, ne in eos hoc nomine sæviret, perculsos blandè affatus est *Gen. 50. 20. Vos quidem cogitastis contra me malum: sed Deus cogitavit illud in bonum*: ita hic *Petrus*, vos cogitastis malum contra Christum, Deus verò cogitavit in bonum: Hoc enim eventu promissio de Christo suscitando adimpleta est & vobis & liberis vestris, super quibus imprecati estis sanguinis ejus vindictam. 5. Nec tamen hoc intelligendum est absolutè, ac si ipsis ac liberis eorum adimpleta esset, vel ut personis singulariter consideratis, vel ut ex ipsis natis, sed [*vobis*] *a Domino Deo nostro advocatis*, hoc est, credentibus factis, & liberis vestris eodem modo advocatis. Nihil hic tribuitur liberis illorum præcisè sub hâc ratione, ut liberis fidelium etiam infantibus. Nam hic promissio

ſio eſſet liberis fidelium omnibus abſolutè ſive crediderint, ſive non, imò quamvis fidelitatem aperte profitentibus. Si promiſſio ſit gratiæ ſalvificæ ſanè illa non eſt cujuſvis ſive ſancti ſiceretur aut advocetur, necne: non eſt facta abſolutè liberis fidelium quà talibus; tunc enim omnes liberi eorum ſalutem conſequerentur, ſive advocarentur & ſanctificarentur, ſive non, aut ſaltem omnes advocarentur & ſanctificarentur, aut Deus eſſet mendax. Si de Eccleſiaſticis privilegiis ſit promiſſio, ſenſus eſſet verborum, [*vobis eſt promiſſio*] vos credentes & liberos veſtros Eccleſiaſtica privilegia baptiſmum, ſcilicet ſtatúmque membri Eccleſiæ viſibilis habituros abſolutè ſine prævia fide: at, quàm abſurdus eſt hic ſenſus! Primò enim non eſſet verax Deus, promitteret enim Deus quod non impleret; plurimi enim nunquam baptizantur, nec ſtatum membri Eccleſiæ viſibilis ineunt. 2. *Petrus* frigidiſſimè alloqueretur *Judæos* compunctos corde propter ingens flagitium Chriſtum unctum Domini crucifigendi. Quid enim hoc ad remiſſionem peccati, aut animi ipſorum conſcientiâ facti oppreſſi erectionem, quòd mentionem faciat baptiſmatis privilegii & viſibilis Eccleſiæ membri ſtatus ad ipſos & liberos eorum pertinentis? Periadè enim eſſet, ac ſi fame propemodùm enecto, ideoque panem poſcenti fleres aliquis naribus admoveret: quod ludificatio reputaretur potius quàm conſolatio. 3. Quàm ab omni uſu alienum eſt & merâ ridiculum quòd commiſerentur ut expoſitionem hanc perabſurdam tueantur! Promiſſionem enim parentibus eſſe volunt ut credentibus & advocatis à Domino, item iis qui longè ſunt; ſed abſolutè liberis, ita ut limitatio ponatur à fronte & à tergo & è medio loco abjiciatur. Huc verò adjungunt, ut infantibus promiſſionem eſſe tueantur, quibus idcirco ſine fide aut Dei vocatione neceſſe habens promiſſionem aſtruere; quanquam neq; parentibus, nec iis qui longè ſunt ſine fide & vocatione tribuatur. 6. Denique, ut lectores percipiant quàm miſerè hunc locum torqueant Pædobaptiſtæ, ex particulâ [*nàm enim*] ejectum hanc propoſitionem. Quibus promiſſio eſt, iis ſunt baptizandi, ſive jus baptiſmi iis competit, quippe dicitur *baptizetur unuſquiſque veſtrum, vobis enim eſt promiſſio*, ſic enim *Veſtrum? Quibus argumentatur Apoſtolus. Quibus facta eſt promiſſio gratiæ, illi debent baptizari in remiſſionem peccatorum, ut accipiant Spiritum Sanctum*: ergò à promiſſione gratiæ jus baptiſmi deduci vult ab Apoſtolo. Atqui fallantur & fallant. Non enim particula [*nàm enim*] penitur ut jus baptiſmatis ipſis ex promiſſione

quidem dubium esset, sed ut fundaretur eos ad resipiscentiam, & deinde ad baptismum. Quod abundè patet ex ipsis loquendi formulis. Si enim jus asseruisset baptismi ex promissionis, dixisset modo Indicativo [vos baptizandi filii quoniam vobis est promissio] non [βαπτίζεσθε] modo Imperativo, quod præceptum planè significat, & baptismum illis imponit tanquam officium, non affirmat tanquam jus ipsorum. Quod ulteriùs patet ex eo, quòd primò præcipit resipiscentiam in modo Imperativo μετανοήσατε, & deindè connectit βαπτισθήτω, quæ planè indicant baptismum esse actum obedientiæ ficut resipiscentiam, & resipiscentiam debere antecedere baptismum. Et quidem è v. 37. hoc eluescit, in quo dicitur *compunctos esse de* quæsisse, *quid faciemus?* Quibus respondetur, *resipiscite & baptizemini*; ergo hæc verba quid faciendum esset præcipiunt, non quid habitum sint indicant; alioqui non respondisset appositè Petrus, sed ut in proverbio dicitur qui aliud de cæpis respondisset de allijs. Quæ quod Kiffinus sequitur apud Servetum hæc pedo possunt assimilari: *Hæc promissio ad fidem salvantem attinuerunt fundatis fortem*; sed amplificemus, in quantum ad omnes gentes extenditur, quod iterum nullo Prophetico fines prius constitutos; non per absolutum est si quidem, Hebræis peculiare aliquod privilegium, *intendebatur Dei fœdus per Mosen* [illegible] dicatur. In plurimis enim locis Hebræi conditio quædam [illegible] Ecclesiæ gentibus. Quòd verò ad fœdus gratiæ attinet, [illegible] dimus illud in novitate in veteri. Electi & non alii infantes [illegible] credentium sive ecclesiasticum erant & sunt in fœdere. [illegible] quod dicitur fœdus, vel fœdus est quod baptismus, vel [illegible] Quæ [illegible] fœdus [illegible] infantibus absque [illegible] obligatorium esse, non congruit baptismo sine præcepto [illegible] Quibus [illegible] de mente apud *Petrum* [illegible] sublimis à Deo[illegible] exceptus. Nihil [illegible] in [illegible] dependendo promissionis [illegible] Gen. 17.7. Ero Deus tuus & seminis tui [illegible] Deus [illegible] [illegible] [illegible]

SECT. VII.

Respondetur quarto Argumento Vossiano è Joan. 3. 5. pro Pædobaptismo.

INnuerit hic *Vossius quartum Argumentum*, quod cum sexto & septimo omittit *Savagius*. *Quartum est Argumentum*, inquit Gerhardus Joh. Vossius, *Qui per carnalem generationem à primo parente trahunt originale peccatum: nec tamen excluduntur regno cœlorum: in his regeneratio locum habet in hoc vitâ: ac proinde baptismate frandari non debent, regenerationis signo ac sigillo. Atqui etiam fidelium infantes nascuntur cum originali peccato: quod nullus negat Catholicus. Eosdem verò ingredi regnum cœlorum eò quòd Christi esse nec illi diffitentur, qui illorum baptismum negant. Nullum autem in cœleste regnum venire, vel Christi esse, nisi qui regeneratus fuerit per Spiritum Christi, apertè ait salvator* Joh. 3. 5. *nisi quis renatus fuerit ex aquâ & spiritu, non intrabit in regnum cœlorum. Et Apostolus* Rom. 8. 9. *qui spiritum Christi non habet non est ejus. Quare fidelium infantes non sunt excludendi à baptismo: ut qui regenerationem efficaciter obsignet, unde lavacrum regenerationis appellatur*, Tit. 3. 5.

Cui respondeo, Fateor fidelium infantes ingredi regnum cœlorum, eosque Christi esse, sed non quatenus filii sunt fidelium; nam hoc posito; omnes filii fidelium ingrederentur, sed quatenus regenerati sunt spiritu Dei juxta Divinæ beneplaciti propositum. Sed & hic fateor verum esse de electis etiam infidelium infantibus, quos nullus eligi & regenerari probari non potest, nec regeneratio infantis hujus vel illius fidelis magis probari potest quàm hujus vel illius infidelis. Et proindè argumentum si ullum aliquid habet, concludere pariter infidelium infantes non esse à baptismo excludendos. Sed in directum obvertur argumentum hoc ejusdem concordo si de illis intelligatur quorum regenitos esse patet, ex ipsorum professione, alioqui verum non est, baptizandos esse licet regeniti sint. Quis enim dixerit infantem regenitum in utero matris gestatum baptizandum? Quod verò *baptismus regenerationis signum & sigillum*, dicit *Vossius*, aitque *Regenerationem efficaciter obsignare, unde & lavacrum regenerationis appellatur*, Tit. 3. 5. haud verum esse

esse eo sensu quo *Tertulliano* dicitur, *Obsignatio fidei aut pœnitentiæ*, quod explicat quum dicit, *Non ideò abluimur, ut delinquere desinamus: sed quia desijmus, quoniam jam corde loti sumus*; *Basilio* & aliis ἀφεσις τῶν ἁμαρτιῶν, quia per baptismum regenerationem jam factam profitetur baptizatus. Hoc sensu dicitur, *Lavacrum regenerationis*, Tit. 3. 5. Nam servatos priùs *servijsse cupiditatibus*, v. 3. Posteà iis *conspicuum factum amorem Dei*, v. 4. ait. Sed hoc sensu baptismus infantum non est lavacrum, signum aut sigillum regenerationis. Eo verò sensu, quò Pædobaptistæ regenerationis signum aut sigillum, hoc est significans aut obsignans fœdus seu promissionem Dei infantibus fidelium quâ talibus de futura ipsorum regeneratione, vel obsignans sive indubitatè, sive probabiliter, sive moraliter, sive physicè, sive alio quovis modo ipso baptismo regenerationem collatam nego dici, *Tit.* 3. 5. *Lavacrum regenerationis*, aut alibi in Scripturâ, aut rectè dici posse. Minorem concedo itidem de electis fidelium infantibus, *eos ingredi regnum cœlorum, & regenerari*. Quod verò locum *Joh.* 3. 5. attinet, is est adhuc sub judice, an per aquam baptismus intelligatur, an ἐν ὕδατι ἁγίῳ exprimatur, atque ita [*ex aqua & spiritu*] sit ex spiritu mundante instar aquæ, an [*ex aquâ & spiritu*] idem sit quod ex regeneratione quæ spiritu necessario ut causâ, aquâ item usitatè ut signo; an (quod mihi allubesceret, si parem loquendi formulam inveniſlem) nisi *quis regeneretur ex aquâ*, id est, non solùm ex aquâ, prout Pharisæi solent regenerare baptizantes proselytos (baptismum enim proselytorum regenerationem dictam & naturalem relationem per eum amissam juxta *Judæorum* placita docet *Selldenus de Jure nat. & Gent. juxta discip. Hebr. lib. 2. c. 4. & 5. cap. 8.*) sed etiam *ex spiritu, ingredi non posse regnum cœlorum*; etiamsi Politiam *Israelis* ingrediatur. Apud *Hebræos*, & apud *Græcos* pro [*ἀλλὰ* sed] aliquoties accipi, uti *Matthæi* 12. 39. & 16. 39. 17. 8. 20. 28. docet *Buxtorf. Sennert. Thesaur. Gram. Hebr. lib. 2. cap. 23. pag. 594.* Sed hanc expositionem examinandam relinquo; probabilitatem aliquam videtur habere. Quomodocunque sit statuatur, absoluta necessitas baptismi non inde efficitur, ne quidem à Pontificiis ipsis, quin suas adjiciunt limitationes, ut vera habeatur Servatoris propositio. Limitanda est hoc saltem modo; *non ingredientur regnum cœlorum qui ex aquâ non regenerantur*, hoc est, non baptizantur quum scirent præceptum, & baptismus haberi posset, quippe aliter Christi contemnunt institutum:

sed hoc nihil ad infantes quibus nullum datur præceptum de baptismo aut scientia præcepti.

SECT. VIII.

Respondetur Savigii & Vossii Argumento è Matth. 19. 13. mandato & facto Christi circa puerulos pro Pædobaptismo.

REdeo ad *Savagium*, cujus secundum Argumentum sic se habet. *Quod mandatum est à Christo est licitum. At Pædobaptismus mandatus est à Christo, ergo, &c. Major est manifesta. Minorem verò probo ex* Matth. 10. 13. *Tunc oblati sunt ei parvuli* (παιδια) *ut manus eis imponeret, &c. Quæ etiam reperiuntur* Marc. 10. 14. *&* Luc. 18. 16. *Qui verò apud* Matthæum *&* Marcum *dicuntur* παιδια, Lucæ *sunt* βρεφη, *quæ vox propriè* νηπιον *denotat, quemadmodum notat cl. Vossius ex Eustathio. Unde* Act. 7. 19. *tribuitur infanti in cunis vagienti. At hinc clarius patet, quid vult Evangelista per* προσφερειν *&* προσαγειν, *quod Syrus interpres vertit,* sustulit eos in ulnas suas) *quam quod ei diutius immorarer. Sic autem Argumentor. Jussi fuerunt infantes ad Christum aliquo modo venire; non ad Christum localiter in cœlo degentem* (quod impossibile est) *ideoque ad Christum in institutionum ceremonia se exhibentem. In quantum verò infantes unius tantùm institutionis capaces sunt, hoc est, baptismi* (nam verbo erudiendi non sunt, *eo dum ad sacram synaxin conveniendi*) *restat igitur ut baptizentur. Quoniam verò per se ad sacrum lavacrum accedere nequeant, accommodavit eis mater Ecclesia alienum pedes ut veniant, alienum cor ut credant, alienum linguam ut confiteantur,* inquit Augustinus.

Resp. Fateor quòd mandatum est à Christo non solùm licitum, sed & necessarium. Nec difficeor parvulos Christo oblatos vel infantes fuisse, vel saltem ejus ætatis quæ ordinariè non est capax baptismi. *Jussi fuerunt,* inquit *Savagius, fuisse infantes ad Christum aliquo modo venire;* Fateor justos esse Apostolos fuisse infantes istos adductos eósque qui similiter adducerentur ad Christum eo modo venire, hoc est, in eum finem ut manus eis imponeret & oraret, quod jam facto impossibile est. Sed quòd inferri, *ideoque*

ad

Ad Christum in institutionum ceremonijs se exhibentem, nullo argumento probatur. Sumit tanquam concessum Doctor, quod probandum erat, præceptum istud post Christi ascensionem obligare Christianos. Quod falsum esse inde arguo, quoniam præceptum est de adductione solummodo ad Christum corporaliter præsentem, ut manus eis imponeret, & precaretur; hoc enim tacto agnoscebatur propheta esse Christus & ab eo benedictio petebatur uti mos erat apud *Judæos*, quemadmodum ab *Isaaco*, *Jacobo* alijsque factum, & proinde noscere debuerunt Apostoli Christum, qui propheta esset & lux mundi, non impediendum esse à communicatione benedictionis petit. ἐς ὑπάντησιν ποιήσασθαι, *præcavit ut becausaceret*, uti loquitur *Petrus*, Act. 2. 38. Hâc verò adductione unà cum impositione manuum Christi & benedictione solemni ista precatione imperitâ cessantibus, non amplius obligat quenquam istud præceptum. Cessante enim materiâ præcepti cessat obligatio, uti promissi & juramenti obligatio cessat materiâ promissi & juramenti sublatâ. Sed iste sive Doctor sive Dictator censet *nos jussos sinere infantes aliquo modo ad Christum venire, ideoque ad Christum in institutionum ceremonijs se exhibentem*. Imò verò neque hoc sequitur si daretur nos justos sinere infantes ad Christum aliquo modo venire, nisi alius non esset modus, quo venirent ad Christum præter eum qui est in institutionum ceremoniis. At qui alius est modus quo ad Christum veniant, isque efficacior, precibus scilicet sive parentum sive ministrorum tam publicis quam privatis.

At enim *Christum*, inquit, *exhibere se in institutionum ceremonijs*.

Fateor, quum ceremoniæ institutionum adhibentur juxta institutionem, alioqui Christi exhibitionem nemo rectè in ceremoniis institutionum expectaverit. Quòd si institutio Pædobaptismi protest potuerit, statim acquiesceret, quod scio, omnes Antipædobaptistæ. Addit Doctor, *In quantum unius tantùm institutionis capaces sunt, hoc est, baptismi (nam verba Dei erudiendi non sunt, nedum ad sacram synaxin conveniendi) restat igitur ut baptizentur*.

Audaxne nihil sani. Si infantes non sint ad sacram synaxin conveniendi, quomodo verum est quod priori argumento statuitur, *Infantes sunt in fœdere licere adhibere fœderis signum*? Nonne sacra synaxis est signum fœderis? Et tamen ad eam non conveni-

endi

endi infantes quamvis in fœdere sint. Ergò iis qui sunt in fœdere non licet adhibere signum fœderis ad Doctoris ipsius mentem, & proinde Major prius argumenti falsa est. Dicit 1 *Cor.*11.28. præsequiri suiipsius probationem ad sacram cœnam adeundam. Fateor, & regero à baptizandis resipiscentiam, & fidem expressis prærequiri, *Act.*2.38. & 8.37. *Matth.*28.19. *Marc.*16.16. Sed si daretur non prærequiri, argumentum est firmum, si esse in fœdere det jus ad signum fœderis, cum æque signum fœderis sit cœna ac baptismus. Jus enim fœderato infanti tam ad cœnam quam ad baptismum. De paribus enim idem est judicium. Dicit Doctor, *Capaces sunt infantes unius tantùm institutionum.* Atqui tam capaces sunt cœnæ Dominicæ quàm baptismi. Micæ panis edendæ & exigui vini bibendi capaces sunt æquè ac baptizandi; finis verò & usus baptismi non magis capaces sunt, quàm cœnæ Dominicæ. Quin quum alt, *Verbo erudiendi non sunt, sedum ad sacram synaxin convenienti*, pari ratione mihi licet arguere, Infantes verbo erudiendi non sunt, sedum ad sacrum baptisma adducendi, quippe nulli baptizandi ordinariè saltem juxta Christi institutionem, nisi qui verbo prius eruditi sunt, *Matth.*28.19. *Marc.*16.15,16. Quin nec sequitur, *Si modò unius tantùm institutionum capaces sint, restat ut baptizentur.* Cur non potius dicendum, restat ut manus eis imponantur, & preces pro iis fiant, non ut baptizentur. Certum est non jussisse Christum ut id fiat à nobis quod non jussit fieri ab Apostolis: in hoc enim non aliud jussum habemus, quàm quod Apostoli habuerant; nec aliud mandatum Christi de Pædobaptismo affert Doctor iste quàm quod Apostolis præceptum. Atqui constat Apostolis hoc non præcepisse, nec enim verba sunt apud Evangelistarum ullum quæ huc vel obscuro collo trahi possint; præceptum verò fingendo ut ad ipsum adduceretur, si ad baptismum tenderet, innueret ipsos à Christo baptizandos, qui neminem baptizavit, *Joan* 4 1. nec eos baptizâsse parvulos istos aut ullos alios constat, quòd fecissent procul dubiò, si imperatum illis esset; alioquin enim non baptizando peccâssent, & reprehensi essent à Christo. Atque hoc mihi pro argumento est rem extra omnem dubitationis aleam ponere sicutem, Christi fuisse ut non baptizarentur infantes, quod nec instituit Pædobaptismum, nec exemplum aliquod praxis istius reliquit, ne tum quidem cum afferentur infantes quibus beneficeret, & quorum regnum cœlorum esse asserit, baptizaverit ipse, sed manus imposuit, nec uti solebat *Joan.*4.1. ad discipulos ut baptizarentur amandavit.

Quod verò addit ex *Augustino*, melius consuluisse *Augustinum* existimationi, si celasset, nimirum putas putas loquitur incoherenter. Quænam enim est ista *mater Ecclesia, quæ aliorum pedes ut credant, aliorum linguam, ut confiteantur?* Idem quo *Platonicam*: mihi enim videtur notare rem nullibi existentem. Sin aliquid sic existens, quo jure, aut quâ lege mater ista hoc facit? Perinde fortasse aut minori potius jure quàm quo Papa *Romanus* Evangelium prædicat per alium. Certè in *Adamo* omnes peccâsse, & fide aliorum permotum Christum ut aliquos fanare legimus: sed quenquam in alio credidisse, aut confessum esse Christum sine proprio actu assensus aut consensus, multò minùs hujusmodi fidem aut confessionem ad baptismum sufficere nusquam legimus.

Vossius verò sic concipit Argumentum. *Quos Christus ad se jubet adduci, quos in ulnas accipit, quibus manus imponit, ac benedicit, qualium denique regnum cœlorum esse pronunciat, ibi num sunt arcendi à baptismo. At Christus infantes sibi adduci jubet, &c.*

Resp. Istud argumentum concludit de infantibus istis solis quibus manus imposuit Christus; in syllogismum ponat quæso nemino monstrosum, idcoque ad nostros infantes non pertinens argumentum. Sed nec major propositio est vera; imò ratione contextu valet in contrarium, quos Christus ad se jussit adduci, in ulnas accepit, manus imposuit, benedixit, exemplar voluit, & tamen non baptizavit, nec baptizari jussit, noluit baptizari, idcoque arcendos à baptismo voluit. Nec tamen eo minùs prospexit Christus infantulis nostri Testamenti quàm veteris. Nec enim circumcisione infantum ibi ita prospexit, quin sine circumcisione aut baptismo idem aut amplius sive privilegium sive gratiam indulgeat. Sed ad argumentum *Vossii* sextum transeamus.

SECT. IX.

Respondetur Vossii pro Pædobaptismo argum. 6°. 1 Cor. 7. 14.

SExtum *Argumentum* sit *Vossii*, *prabet illud* Pauli *quum* 1 Cor. 7. 14. *Sanctus infidelis sanctificatur ex fidelis, & uxor infidelis sanctificata est in viro: alioquin filii vestri immundi*

ritualis essent, antequam sancti fierent. Vbi si sancti dicuntur ab ipso ortu, quia à fœderatis nascentes etiam in fœdere sunt, jam satis apertum est jus ad baptismum habere, quia fœderatis fœderis signum competit. Sin ab ortu hoc solum habebant, ut sanctitatis effectus designati, quemadmodum loquitur Tertullianus *lib. de Anima cap. 39. Per baptismum autem reapse fœderati & sancti facti sunt: sanè sic quoque baptizandos esse liquet, ut sanctificentur exemplo eorum de quibus loquitur Apostolus.*

Resp. Ex iis quæ pro Pædobaptismo adducuntur iste locus visus est appositissimus in illum finem, donec pleniori indagine alienum ab hâc re ejus sensum compertissem. Atque ita censuit olim *Augustin. tom. 7. de pecc. mer. & remiss. cap. 26. Ac per hoc & illa sanctificatio cujuscunque modi sit, quam in filiis fidelium esse dixit Apostolus, ad istam de baptismo & de peccati origine vel remissione quæstionem omninò non pertinet.* Quod ut pateat observandum primò sanctificari dicitur maritus infidelis in uxore, id est, ut *Beza* verbis utar, *Annot. in locum, Fidelis uxor potest cum infideli marito bonâ conscientiâ cohabitare; idcirco dicitur infidelis ille non in se, sed in uxore (id est, uxoris respectu) sanctus esse.* Est ergo sensus, *Sanctificatus est maritus infidelis in uxore*, hoc est quantùm ad usum copulæ idem est ac si sanctificaretur. Ac prologicè enim & catachrestice dicitur sanctificari, qui non sanctificatur, hoc est quoad personalem qualitatem non est sanctificatus, sed quoad hoc tamen idem est ac si sanctificatus esset. Sic *baptizatos* dicit, 1 *Cor.* 10. 2. qui non baptizati, sed per mare & sub nube transitus idem quoad significationem ipsis erat ac si baptizati essent. *Abrahamus vivit, quin &, Heb.* 11. 12. qui adhuc vivus; veruntamen, uti *Beza* recte, *Non magis ad generandum habilis, quàm si prorsùs mortuus fuisset.* 2. Non dicitur hic *sanctificatus* in uxore fideli, sed [*in uxore*] quo satis innuit nihil uxoris fidei, quod ad sanctificationem attinet, tribui. Non enim terminum in quo posuisset Emphasin & Energiam dicti, imò medium probandi omisisset in eâ oratione in quâ syllogizat: nec obstat quòd supponitur esse fidelis: nam hoc concesso, tamen ei nihil tribuitur eo respectu, sed quatenus conjux erat, quemadmodum qui *natus ex ancillâ, Gal.* 4. 23. fuit *Abrahæ* filius, sed ibi consideratus solummodò ut *ancillæ filius*; sic hic *in uxore*, quæ habitudinem uxoris & fidelis subit, *sanctificari vir infidelis* dicitur tantùm quoad habitudinem uxoris. Infidelis verò conjugis mentio

expressa, quia dubium erat de infideli quà tali, & sensus est, infidelis etiamsi infidelis κατ' ἀνθρ. *sanctificatur in uxore*, hoc est, quoad usum propriæ uxoris perinde est ac si sanctificaretur. Quod probatur ex Analysi contextus: Particula [γὰρ enim, v. 14.] ostendit rationem esse aptatam Propositioni probandæ, v. 13. primæ [non opus est ut fidelis deserat infidelem maritum.] Atqui inepta esset ratio si alioqui sumeretur, quàm à continuatione legitimi usus conjugum, ex eo quod conjugium permanet stabile non obstante unius infidelitate. Si enim sanctificatio petenda esset à fide, aut à fidei exercitio, uti *creatura* dicitur *sanctificari*, 1 *Tim.* 4. 5. aliena esset à præsenti negotio. Nam conjugalis vinculi continuatio confutandis legitimæ continuationem facit; non veritas aut exercitium fidei in Deum. Si enim hoc statuatur, sequetur, fidem simulatam, aut per lapsum graviorem quoad exercitium cessantem facere ex adverso illegitimam. Imò si sanctificatio fidei tribuatur ut causæ propter quam res sit, sequetur fornicantes si alterutri sit fidelis, legitimam habere consuetudinem seu copulationem. Atqui si ratio sumatur à matrimoniali sanctificatione, hoc est à continuatione conjugii non obstante alterius conjugis infidelitate, apposissima est & perspicua in hunc modum: non necesse est ut fidelis uxor deserat infidelem licèt, maritum, quoniam non tollitur vinculum conjugale ejus infidelitate, quippe *honorabile sit conjugium inter quosvis*, *Heb.* 13. 4. Quod si de sanctificatione aliâ, quam instrumentali dicunt, hoc est, infidelis sanctificari dicitur per fidem alterius partis, quoniam instrumentum est generando filium fœderatum, & ad baptismum jus habentem, intelligatur, sequitur primò Apostoli determinationem non pertigisse ad eos quibus via nulla generandi, imò solucos eos hâc ratione invisser, adeò ut fidelis posset infidelem deserere, utpote inhabilem generationi seminis sancti. Secundò à contingenti eventu cohabitationem legitimam astrueret: contingens enim erat & incertum an generaret sanctum semen nec ne; ideoque ratio in adversum atque piè potuit, deserendus est maritus, quoniam forsan non sanctificabitur instrumentaliter, aut non sanctificatus est quoad usum generandi semen sanctum. Quod itidem dici potest de altero sanctificationis genere in exercitio veræ fidei posito. Hâc enim est incertum & contingens, & proinde medium inceptum ad dubitationem de legitimâ cohabitatione tollendam. Tertiò, imò utravis sanctificatio convenire potest fornicantibus: nam fornicatrix potest esse fidelis, imò veram fidem exercere,

&

& cohabitare, & copulari infideli fœdicatæ, qui infrenumerum esse potest secundùm ipsos generando semini sancto, hoc est, ut voluit vir ille, semini in fœdere extremo posito & ad baptismum habili. Ergo si benè ratiocinatur *Paulus* juxta ipsorum expositionem, cohabitatio fornicaria fidelis cum infideli erit legitima & continuanda. Posito verò hoc quod scilicet sit genuinus, *infidelis maritus sanctificatur in uxore*, hoc est, matrimonialiter, ita ut conjugale vinculum continetur non obstante alterius è conjugibus infidelitate (juxta quem, &c. non alium Apostoli ratio idonea est ad hanc propositionem) sanctitas liberorum nec est fœderalis, nec per designationem, sed matrimonialis, hoc est, non aliter dicuntur liberi sancti, quàm quòd ex legitimo conjugii usu nati aut impuri, quàm quòd illegitimi. Nam hæc consequentiæ [*nisi sanctificetur vir infidelis in uxore*, & vice versâ *filii essent immundi; si sanctificetur, sunt sancti*] has Propositiones includunt [liberi omnes à parentibus liberi non sanctificatis sunt immundi, nequeunt esse sancti; liberi à parentibus sanctificatis nati sunt omnes sancti] quarum nulla vera est intellecta de fœderali sanctitate, aut per designationem: fieri enim potest ut habiles sint ad baptismum, & designentur ad baptismum, qui à parentibus fornicariis, aut infidelibus nati; & fieri multis modis potest ut nati à parente fideli, nec habiles sint ad baptismum, nec ad eum designentur, sed falsa quam paucissimæ sunt Propositiones [liberi omnes à parentibus nati non sanctificatis matrimonialiter sunt immundi, hoc est, illegitimi, nequeunt esse sancti, hoc est, legitimi; liberi à parentibus sanctificatis matrimonialiter è conjugii usu legitimo nati sunt omnes sancti matrimonialiter, hoc est, legitimi] nec de ulla alia sanctitate & immunditia, quod scio, Propositiones in Apostoli consequentiis inclusæ veræ sunt.

Bona rationes [illud] verisimum vim non habent. *Paulus* inquit, *Non de politiâ civili disserit, sed de conscientiâ; & quæso quod tandem esset argumentum pacandæ conscientiæ à civilibus ullarum gentium legibus sumptum?* Nam ineptè dividam facit *Bona* quæ benè conveniunt; *Paulus* & disserit de re civili, & de re quæ conscientiam tetigit. *Certè hierum*, nec *pacat conscientiam argumento sumpto à legibus civilibus gentium*, sed à lege Dei matrimonium ratum etiam inter conjuges quorum alter infidelis, altera fidelis, statuente, Apostoliquæ auctoritate hoc ipsum comprobante.

Objicitur nullibi [*sanctum*] idem esse quod legitimum juxta con-

[illegible] an fœdere ecclesiæ quod habile ad baptismum, non ad quem designari. Sequitur, frequenter verba sanctus habent non alibi occurrentia & minoris sunt, quia ejus sanctum tribuunt infantibus, ut Hebr. [illegible] 1 Cor. 14. 27. [illegible] Rom. 14. 21. 2 3. Joan. Phil. 2. 8. &c. Tertio, ab sanctum semine, Esra 9. 2. fœderalem sanctitatem notare, hoc est, intra fœdus positum & ad circumcisionem jus habentis: nam & semen non sanctum ad circumcisionem jus habuit, utpote Judæis paribus progenitum, & circumcisum: sed illegitimum, quippe gentium à sanctis lege Mosis permissis Judæis conjugiis, absque jure legem Mosis legitimum, oppositum vero sanctum, ejusdem connubiis missis cum gentilis lege Mosis prohibitis, ut patet ex vers. 2, 3, 12. Sanctum ergo semen eadem quod legitimum, inde sanctum Apostolus liberos legitimos, 1 Cor. 7. 14. dixit sanctos. Qui secundo quod Mal. 2. 15. Semen Dei, appellatum Calvino aliisque, inde nec hunc sanctum postulans, idem est ac legitimum.

Respondeo itaque Vossiana argumentationi: Sanctos dicentur ab ortu liberi, 1 Cor. 7. 14. sed non quia fœderati, nec quia designati, sed quia legitimi; inde vocatos habere ius ad baptismum. Inde nec si fœderati essent: verum enim non est fœderatos omnibus fœderis signum competere, non enim omnibus fœderatis vel circumciso competebat, nec si designati sint sanctitatis baptizandi aliqui, sed quia professi sunt sanctitatem.

SECTIO X.

Refunditur argumentum Vossianum pro Pædobaptismo, quòd infantes Ecclesiæ membra & mox transfibant, 1 Cor. 10. 2.

Epimenes. Arripiam, inquit Vossius, ex quo fidelium in Deum foederi non minus in vetere Testamento Ecclesia inserti, & ad fœderis illius signum admissi debuerint, quam per baptismum in fœdere Ecclesiæ Dei, Act. 2. 41. Ergo.

Resp. Major objecta de veteris Ecclesiæ & discretione per signum visibile baptismum intelligitur. Nec quicquam habet nova à Vossio quo probat. Quod enim theſi quarta dicitur, Servos olim ritu Judaico salvandos, qui modo non sunt Ecclesiæ membra, [illegible]

ira eam non est salus? Ecclesia enim propriam est quòd eam Christus dilexit, &c. ut ait Apostolus, Ephes. 5. 26. Idem est dicendum Ecclesia privilegia in symbolo commemorata, nihil ad Rhodium. De Ecclesia etiam invisibili verum fatetur, non de Ecclesia ut visibili; fatetur vero infantes aliquos esse membra Ecclesiæ Catholicæ invisibilis; sed nego esse membra Ecclesiæ visibilis, donec fidem Christi profiteantur. Quòd si quis regerat *Ephes. 5. 26. dici Ecclesiam mundari lavacro aquæ in verbo,* ergo de Ecclesia visibili ut visibili intelligi; contra est primò, quòd ne sic infantes comprehendantur; si enim non mundantur lavacro aquæ in verbo, de verbo enim Evangelii ipsis praedicato Apostolus intelligit, quòd infantibus non annuntiatur. Secundò, non sequitur Ecclesiam intelligi visibilem, quæ talem, quoniam mundari dicitur lavacro aquæ, non enim ista mundandi ratione usus fuit Apostolus quâ Ecclesiam constituit. Invisibilis verò Ecclesia mundatur lavacro aquæ, quamquam non tota, sed filiorum istud Ecclesiæ invisibilis, pro quâ seipsum Christus tradidit, quia *ut sint mundi*, declarandum lavacro aquæ in verbo.

Vossius thes. duodecima hæc habet. *Atque ex his satis constat, quam absurdum sit dicere cum Enoch, pag. 29. virum infantes suos in via ista mortis Israelitici, quando typum baptismi fuisse Apostolus docet, 1. Cor. 10. 2. ita hos etiam parvos typo baptismi respondere, quod baptizari debeant infantes.*

Resp. 1. Apostolus non tantùm nubes aut sub nube esse typum baptismi, aut conclusionem Maræ & bibitionem aquæ typum cœnæ Dominicæ facit, sed omnia Christum vult exhibuisse & salutem per eum; adeò ut illis signis exhibitum sit illis quod nobis baptismo & cœnâ Dominicâ. Secundò, si quis infantes sub patrum nomine venisse, *1. Cor. 10. 2.* ideò baptizandi, similiter cœnâ Dominicâ communicandi, ut typo antitypus respondeat. Tertiò, si populi transitus maris infantes sint baptizandi, pariter etiam transeuntes erunt baptizandi. Quarto, sed revera nec de patribus dicitur eos in infantiâ aquæ baptizatos, nec ediffert an: dividere spiritum eam potuisse sed hæc omnia de illa dicuntur, quibus Christus significatus est per eos, quod de infantibus dici nequit. Quinto, nec dicuntur baptizari propriè, nam ut modò dictum fuit sequi, sed ut *Grotius Matth. 3. 11.* quasi baptizati sunt, idcoque baptismus ille tribuitur secundò per catachresin ut supra dixi.

SECT. b

SECT. XI.

Respondetur Argumento Vossii octavo, & Smalcii tertio à Col. 2. 11. 12. petito de successione baptismi in locum circumcisionis, eorumq; equiparatione.

RElinquit Argumentum *Vossii* octavum, *Smalcii* tertium à *Col. 2. 11. 12.* petitum, quod hic esset *Vossius*, *Octavum Argumentum est, quod baptismus successerit circumcisioni, unde Apostolus* Col. 2. 11. *negat eos, qui è gentibus credidissent ac baptizati essent, circumcidi debere, quia jam circumcisione non manu facta circumcisi essent in baptismo. In qua inquit, & circumcisi estis circumcisione non manu facta in expoliatione corporis carnis, sed in circumcisione Christi, consepulti ei in baptismo. Non dicit autem circumcisos in spiritu, debere circumcisionem in carne (nam objici potuisset Abrahamum fuisse in carne, postquam spiritualiter fuisset circumcisus) sed restringit hoc ad novum Testamentum, ubi baptismo Christi circumcidimur à peccatis, veteri homine, nobis quasi peccatis obruto, consepelimur Christo. Hoc Argumento, si mysterium non intelligant, hæreticari nihilominus posse, colligit Nazianzenus Orat. 40. quæ est in sacrum baptisma. Similiter Augustinus lib. 4. de baptismo contra Donatistas, cap. 23. circumcisionem carnis quam gens populus Israel.*

Resp. Nec dicit aut inquit hic Apostolus baptismum successisse circumcisioni, nec fieri dixisse, ideirco esse baptizandi, sicut infantes erant circumcidendi, ut par mandatum de infantibus baptizandis in novo Testamento esset, mandato de illa circumcidendi ritu. Verum ex meris *Pauli* verbis circumcisionis, *v. 11.* & baptismi *v. 12.* sed & fidei meritò æquè ac baptismi *v. 12.* Si ergo ex eo quòd ponatur *v. 11.* circumcisio *v. 11.* baptismus alteri alteri succedere concludatur, æquè probabitur fidem circumcisioni succedere, quod rectius asseri posse, Apostolo hoc ipsum inculcante ad *Galat. 3. 23.* Sed nec fides nec baptismus sit ullius circumcisionis propriè dictæ præter Christi, atque ita si baptismus circumcisionis significans succedere *Col. 2. 11. 12.* non hoc asserendum de alicujus circumcisione præter eam Christi. Imò propterea tantum intuenti

[illegible] parebit, ad Apostoli mentem quid [illegible] circumcisionis & aliis umbris legalibus sacrificare. *Theophyl.* ait, v. 10. *esse in Christo*. Christus ergo complementum est vacuitatis [illegible] circumcisionis & aliarum legalium ceremoniarum absentiâ carentibus supplens. Idque patet ex eo quòd v. 11. *Et in ipso estis circumcisi circumcisione non manufacta*. Quæ falsi Doctores vendita hanc adscriptitiam, & Apostolus Christo & unioni & configurationi eam ex unbuit; baptismo verò solum fidei (quæ tamen ab Apostolo conjungantur, *Gal.* 3. 26. 27. *Ephes.* 4. 5. *Col.* 2. 12.) tribuit, quòd Christo unimur & [illegible] *Rom.* 6. 3. 4. *Gal.* 3. 27. Et v. 17. de omnibus legalium ceremoniarum umbris, *quæ fuere umbra rerum futurarum, at corpus est Christi*. Sic alibi *Christus* est *Pascha nostrum*, *1 Cor.* 5. 7. *Panis vitæ*, *Sacrificium*, &c. Epistolâ ad *Hebræos*: sanctum ab Apostolo, *Gal.* 2. 12. &c. & recepta in Schola Divina [illegible] ceremoniæ typos fuisse Christi, ejusque adventu abolitas, seu potius loco earum succedere. Successio profecto non [illegible] à *Paulo* baptismi in locum circumcisionis, sed [illegible] cum fide cujusvis mediorum unionis cum Christo [illegible] Idem est verum quòd sit *Possint*, *Negare* Paulum [illegible] *baptizati essent*, *circumcisi essent in baptismo*, nec accurate *Spanhe* objectorum à *Possini* magnitudine de *circumcisione* Abrahæ *carnali quàm spirituali*: non enim dicit Apostolus *circumcisos nos in baptismo*, sed *consepultos Christo in baptismo*: insitum Christi sepulturæ baptismum respondisse, non *Abrahæ* aut cujusvis alterius carnali circumcisioni; idque ut noscerent, & confiterentur nostram cum Christo vapulmate. Quam si baptismi successionem in locum circumcisionis asseruisset Apostolus, non tantum inde Pseudobaptismus ellecretus abrogationem Christi in novo Testamento. Unica enim ratio cessationis [illegible] quæ fuere signa mere positiva, ejus voluntate instituta, idque [illegible] circumcisionis mandato, mera ejus [illegible] Pseudobaptismum absque Christi instituentis mandato in novo Testamento confidentis Christi novum obtrudere. *Nazaræi* [illegible] in [illegible] Veterum traditione, *Epiph. hær.* 7. [illegible] *Gal.* 1. 7. [illegible] [illegible] [illegible]

Ecclesiæ vero. Referunt, mentes istos *Augustini* de necessitate baptismi non percepisse, ideoque oportuit *Vossium* pœnas colligere, quibus ut medium Pedobaptismi asserendi allegabile. Sed nemo horum sibi *Sanctorum* videatur.

Hic inquisitio tertia. Quod vivit quicquid fuit traditum ab Apostolis ipsis credendum est: non autem, sed fidelis baptismus est baptizandi. Ergo. *Minor* quam se manifestat, *Probatur* minor ex ipso Paulo, qui dum baptismum circumcisioni æquiparat, Col. 2. v. 12. *spiritualem* etiam *infantum* per baptismum *Ecclesiæ Dei inserendum, sicuti in veteri Testamento* infantes per circumcisionem *Ecclesiæ Dei inserendos

verò illo vice ejus substituto sine parvis aliqua confessione fidei sat à circumcisio fuit à parente pactequisitis, in matres continuò, non ante octavum diem sicuat; in quorum locoque eisdem ex Pedobaptismum sic ipsi dicebant aliter se res habet quoad baptismum. Imò in eo, in quo patres Anabaptistæ volunt circumcisionem ac baptismum, ingens est discrimen. *Utrumque fœderis signum esse fœderis gratiæ signum & discriminans populum Dei à Diabolo, in Ecclesiæ statum illatum probare cum nisi semel verè peragi, nec ad alios vitæ usus ullos unquam revocari.* Nam circumcisio signum erat fœderis gratiæ, sed ejus tamen fœderis quod non erat parum fœdus gratiæ Evangelicæ, hoc est non alias promissiones continebat præter promissiones gratiæ in Christo salutiferæ, sed maximè continens temporales promissiones quæ œconomiam domus *Abrahæ* & politiam *Israelis* peculiariter respicerent, ut possessionis terræ *Canaanis*, florentisque in ea status, unde *fœdus Canaanicum* dixit *Orosius Hist. in Genes.* Quid? quod & gratiæ salutiferæ promissiones non nisi sub involucro in eo fœdere exhibebantur, sub larva nimirum temporalium *Abrahæ* promissorum, nec in eo fœdere Christus eumve bonorum spiritualium quicquam exhibitus sed expectandus, aequeobiectus proponebatur, adeo ut circumcisio signum esset fœderis longe diversi à fœdere gratiæ Evangelico, imò adeò pro lege *Mosaicâ* circumcisio signum erat obligans ad illam præstandam usque ad adventum Christi, *Gal.* 3. 19, 23, 24, & 5. 2, 3. ideoque proselyti justitiæ solummodò circumcisi, qui politiæ *Israelis* accenebantur, & legi totius *Mosaicæ* obedientiam susciperent; sed proselyti portæ, qualis *Cornelius*, non circumcisi. Atqui fœdus Evangelicum est parum fœdus gratiæ salutiferæ, in quo promissiones prosperitatis & quietis temporalis non habentur, sed promiscuè pœnis crucis subeundæ; Christi tamen adventus expectatione, & spiritus sanctæ effusione conspersionis. Deinde circumcisio signabat erat fœderis ex parte Dei fœdus ejus olim cum *Abrahamo* factum indicans, & confirmans eorum bonorum in eo promissorum cum obsignatione, baptismus verò id ad mediatorem Christum & spiritum sanctum loquatur, possit dici esse signum ex parte baptizati fœdus cum Christo se invicem significans, quam Dei gratuitæ, Deique quod quidem baptismus Ecclesiæ Christianam à gentilibus, seu longè aliter ac circumcisio quæ gentem sanctam à reliquis separabat & sanctimas vero personas aliquot è gentibus per Evangelii prædicationem selectas & vocatas. Circumcisio

cumcisio ergo adhibebatur maribus promiscuè omnibus ⁊ eâ gaudentibus natis, aut quoquo modo adventitiis; sed baptismus non semina quàm maribus electione propriâ, si Christi mens spectetur, Christianismum amplectentibus: in reliquis convenientia partim dubia, partim aliena à præsenti negotio. Quibus omnibus æquâ lance libratis, si quis baptismum & circumcisionem impares dixerit, rectius hoc affirmaverit, quàm qui pares; falsissimumque est quod Dr. iste ait *Paulum* circumcisioni baptismum æquiparâsse, quin potiùs apertè opponit, *Gal.* 5. 2, 3. Denique (ut quàm magistraliter Doctor iste pro imperio, scilicet quod in scholis obtinet, dicta omnia, appareat) si æquiparâsset baptismum circumcisioni, non tamen obscurè, multò minùs *aperte docuisset etiam infantes per baptismum Ecclesiæ Dei inserendos sicut in veteri Testamento circumcisi*, nisi pars mandatum de uno ac de altera attulisset. Institutio enim ac mandatum in ritibus saltem sive veteris sive novi Testamenti unica est ratio quare sic & non aliter faciendum; ideoque si paritates essent multò plures quàm efferuntur inter circumcisionem & baptismum, non tamen absque mandato pari & institutione sufficerent ad observationem consimilem in utroque ritu tanquam officio debitam statuendam. Paritates istæ illustrare possunt Pædobaptismum alibi in novo Testamento constitutum, sed ipsæ per se nec necessarium nec licitum possunt probare.

SECT. XII.

Pædobaptismus universalis post Apostolos traditionem non probatur.

MUlto minùs Pædobaptismum licitum esse probat *traditio* per secula Apostolos sequentia, quam falsò vocat Doctor iste *universalem*. *Cyprianum infantes tempore Apostolorum baptizatos esse testatum* nullibi lego; non nisi in Epistolâ octavâ, *libri tertii*, ad Fidum meminit à quo quam etiamnum super hâc re; sed in eâ Epistolâ mentio fit Concilii sui temporis Africani, Pædobaptismum, cujusnam, quod scio, Apostolici sive decreti sive observationis. Quin ⁊ *Cyprianum* alicubi hoc dixisse, eidem tamen ei derogat, quod, ut utar verbis *Danielis Chamieri Panstr. Cath. tom. 3. lib. 24. cap. 16. sect. 25.* *Idem Cyprianum, quamvis rebaptizari vellet infantes apud Gentiles plenis bonis ortos, id tamen semper*

semper observatum esse in Ecclesiâ. Origenis testimonium incertum est, quia libri illi fatente ipso *Russino* cum interpretaretur interpolati, quod & *Erasmus Cuspin. hom. in Levit. Perionium noster in Propr. ad Dionys. Prohl.* aliique observarunt. *Grotius Annot. in Matth. 25. 46. Quid* Origenes *senserit ex ipsius scriptis difficile est dictu, adeo omnia sunt interpolata.* Scultetus *parte primâ Medul. Patrum lib. 6 cap. 2. Jam* Ruffinus *plurimos liberum* Origenis *interpres tantam usurpavit licentiam, ut adempserit, adjecerit, mutâ it, qua sibi viderentur addenda, adjicienda, mutanda, ut interim fit Lector nunquam* Origenem *legat* Ruffinum. *cum* Græca Origenis *opera non extent hodie, quibus* Latina *Versio corrigi possit & emendari.* Ipse *Vossius* ac testimoniis omnibus ex *Origene* prolatis diffideret, non solum illis è *lib. 8. hom. 8. in Levit.* & ex *Com. in Rom. lib. 5. c. 6.* sed etiam ei quod *hom. 14. in Lucam* habetur, hæc adjecit *Disput. de Pædobapt. parte Histor. thesi 8. Sed de* Origene *minus laborabimus, quia qua citabantur* Græce *non extant.* Sed nec revera caret ingenti suspitione verbà de Pælobaptismo inserta post controversiam de peccato originali exortam, quippe expresse contra *Pelagianorum* de Origene militans, sunt quæ aut eadem aut consimilia iis, quæ sæpius in libris *Augustini* & *Hieronymi* occurrunt *Origine* nunquam nominato. Regula vero est, *Andreæ Rivetti tract. de authoritate Patrum, cap. 14. Si igitur aliquis anathema* Pelagium, *vel ante exortum* Arium *in* Pelagianorum & Arianorum *errores acer & vehemens, cæsâ ex professo quamvis haereticorum nomine suppresso divexant, probabile non est tale scriptum esse alicui authoris cujus nomen præferret.* Quibus addi potest, quod *Augustinus* authores ante ipsum originale peccatum & Pælobaptismum asserentes, uti *tom. 7. lib. 2. adversus Julianum cap. 2. & 3. &c.* nominatos, quantum memini, nunquam *Origenis* meminisse, nec supra *Cyprianum* ascendit. Et quidem *Origenes Pelagianismi* parens apud plerosque habetur. Verbis viri eruditi *Johannis Oweni Procancellarii* jam *Oxoniensis* in libro cui *Anglicè* titulum fecit *Apostasia Arminianismi doctrinalis, cap. 12.* Origenes *supposuit* Pelagianismum *in Ecclesiam introduxisse.* Hieronymus *ad Ruffinum.* Quod si verè genuina essent illa *Origenis* verba, non tamen fides habenda esset ei referenti Ecclesiam ab Apostolis traditionem baptizandi parvulos suscepisse, præsertim quum ne vestigium aliquod illius prorsus in *Ignatii, Clementis Alexandrini, Justini*

Clemente, Irenæi, Basilide, Irenæi, Epiphanii, gravibus opinionibus inventarunt, ne tam quidem quam occasio erat talem praxin referendi, vel in *Justini Martyris Apol.* vel *Eusebii Historico* expendendi dictum. Conjecta *Historicis* de aliis. Nec tamen si multo in allegationum ex his libris mendo fuisset, Paulotis persuasi, indubitata prorsus esset ista traditio, quam non solum in traditionibus circa Paschatis observationem, & Chiliastarum opinionem, quas ab Apostolis deducebant à secundi seculi Episcopis, sed etiam ab ipso *Irenæo* in *lib. 2. adversus Hæreses cap. 39.* citet Christi aetatem (quod & à *Joanne* Apostolo profectum volunt) tam turpiter erratum est.

Quod vero ais testimonium *Irenæi* in isto capite ultimum afferri, non inficias eo esse *Irenæi*, sed nihil id Paulotis persuasi universitatem asseverandi faciens. *Renatos*, ait, *per Christum in Deum infantes, parvulos, nec renascentia nomine baptismatis jam Deo veteribus indigitari negavit*: sed eo in loco de parvulis non denotari ex ipso scopo & verbis patet. Scopus enim loci est, ut ostendat cur Christus unamquamque aetatem humanam sanctificaverit, *venit enim per semetipsum omnes salvare, omnes inquam qui per eum renascuntur in Deum, infantes & parvulos & pueros & juvenes & seniores.* Si ergo per renascentium baptismum designetur, *Renatos* fuisse per Christum baptismatos esse homines per omnem aetatem, quam tamen Evangelista retinetur *Joann. 3.* *Nemo enim potest*, inquit, *e posteriore non possum talium esse Salvatorem*, qui ne filio infanti verbum *Renasci* accommodare, seu verbum *Renasci* pro *Baptizari* usurpare, quum verbum *Renasci* sic se habeant etiam apud *Petrum*, e quo depromsit, *Omnes venit per semetipsum salvare.*

Mat. Regn. se habet quod Doctor Me non solummodo peccatis & peccato crucifixi, hic habet verbis, *Etiam in alio quodam loco* [illegible]

[illegible] *Justinum* [illegible] *Irenæum* [illegible] *Tertullianum* [illegible] *dem*

dem videre cur non esse ipsius Justini audeat pronunciare, quum plurimi censores librorum ea in Pontificii quidam Professores, ipse Possevinus qui sacem Sevigni praemit, consentiunt non posse esse Justini. Sed de quo quidem ita quaestionibus &c. &c. Ongeeus, Orig. qui cap. Irenaei & Mantonis unum, quod vide ante dictum est, ut verba sunt Possevini. Ut dixerit Probl. anno 1700. Gravis verba sunt Ambr. ad Marcell. 28. Non magnus esse liberalitatis scriptorum pro veris habere, sed ex multorum non nullis aut scriptis falsum cum Irenaeo &c. Tertullianum Patrem Paedobaptismum non obstare, videre &c. de Bapt. c. 18. Sed ita ut ab eo debeat certis pluribus rationibus, quae Scultetus Medul. Patrum parte prima l. 7. c. 4. Tertullianus libro de Baptismo ex duabus in baptizando cautis, quae prius non esse posuerunt. Similiter Nazianzenus, quarto seculo etiamsi Orat. 3. de fuerit de sacro, inquit, etiam baptismo sentiendi, oratione tamen quadragesima in sanctum baptisma si periculum ingruat mortis baptizari vult infantes, aliquin eorum Baptismum differendum, & in eadem ait, aliquos Baptismo gratiam tribuere.

Haud insicior Hieronymum & Chrysostomum, quorum uterque apud ipsum citati dubiae videntur fidei, quarto seculo Paedobaptismi meminisse, & Hieronymus cum Augustino cum affuisse Pelagio jam edito. & post Augustini tempora Paedobaptismum usitatum fuisse nullus dubitat. Rem vero propius inquirenti Praxin omnem Paedobaptismi authoritate Augustini, qui illius est Epistola Cypriani ad Fidum, usque ad recidisse deinum saeculum fulcitam esse patebit, ipse Possevinus post Possinum, Epistolam Cypriani omni exceptione majorem à rei doctissimis decantatum, & nunc Augustinum instar omnium ait; ideoque si modo Cypriani Epistola & Augustini sententia parum habere ponderis demonstretur, non erit cur novem reliqui Gregorii, Isidori, Bedae, Hinemari, Smaragdi, Anselmi, multo minus Lombardi, Aquinatis, & aliorum ejusdem farinae in seculis sequentibus dicta.

Quod vero ad Epistolam Cypriani attinet, nihil ea de praxi Paedobaptismi in seculis superioribus, aut de traditione universali ab Apostolis deducta, imo nec de universali illi seculi praxi refert, sed hoc solum refert de universis in Concilio (66. Episcoporum Carthaginensium, ut dicitur, secum eodem sentientium) non affirmatum Fidum dubitanti animo an infans divino baptismate esset baptizandus, sed judicatum ab universis, illi bono animo inferiori dum Dei & gratiam donogandam,

gendum, quippe filium hominis venit ut animas salvaret, & quantum in nobis est, si possis fieri, providendum ne pereant. Unde perspicere est, Primò, *Baptismo gratiam datam non asserisse*. Secundò, *Absque Baptismo animas perire*. Tertiò, *Ideoque baptizandos infantes etiam ante octavum diem*. Rationes quæ in tota Epistolâ habentur officio quomodò aliis arridea mihi certè maternam videntur lugendi præbere, tot è præcipuis Ecclesiæ Christianarum nunc temporis luminibus non melius mentem Domini percepisse, sed tam inepdis rationibus permotos à Christi instituto defeciisse. Quod & factum in isto seculo Eucharistiam infantibus porrigendo, ut ex libro *Cypriani de lapsis* elicitur, & in rebaptizandi ab hæreticis baptizatos negotio, in Clinicorum baptismo aliisque quis non videt? Oportuit ergo posteros audiatem istorum partium celâsse, non verò in Ecclesiæ magnum detrimentum imitari.

Et in eo quidem ingens erratum erat *Augustini*, qui lapsum hunc *Cypriani* tanti fecit, ut sæpius in disputationibus adversus *Pelagianos* Epistolam istam absurditatibus scatentem pro testimonio, cui refragari non oportuit, allegaverit; ipse baptismum infantum eâ ratione commendavit orbi Christiano quæ nec Protestantibus, nec omnibus Pontificiis probatur, sed ei hanc notam inussit, ut *durus infantum Pater* haberetur. Notum est enim *Augustinum* ex verbis Christi *Joh. 3. 5.* & Apostoli *Rom. 5. 12.* eam necessitatem baptismatis statuisse, ut aditum ad regnum cœlorum sine eo infanti nato neutiquam concederet. *Tom. 2. Epist. 28.* hæc habet, *Item quæstionis diversi, quòd in Christo vivificabuntur etiam parvuli, qui sine Sacramento ejus participationem de vita accepunt, hic profanè & contra Apostolicam prædicationem venit, & totam catholicas Ecclesiæ*; & circa finem Epistolæ ait, *robustissimam & fundatissimam esse fidem, quâ Christi Ecclesia hæc parvulos hominum recentissimè natos à damnatione credit, nisi per gratiam Domini Christi, quam in suis Sacramentis commendavit, posse liberari: & tom. 7. de peccat. mer. &c. lib. 1. cap. 16.* Proinde recte dici parvulos sine baptismo de corpore exeuntes in damnatione omnium mitissima futuros. Multùm autem fallit, & fallitur, qui est in damnatione prædicat eos futuros, dicente Apostolo, *Judicium ex uno delicto in condemnationem*, & paulò post, *per unius delictum in omnes homines, ad condemnationem*. Quam opinionem non unius tantùm *Augustini*, sed & *Ambrosii* & aliorum plerumque fuisse ostendit *Perkinsius in Demonstratione*

confractione problematis, & inde etiam baptismum abstentium, Limbum infantum, & alios ejusdem notæ errores & abusus nonnullos. Nec aliâ ratione, quod scio, quisquam è veteribus usq; ad seculum decimum sextum infantum baptismum asseruit. Nec per secula *Augustinum* antecedentia baptizati infantes nisi in periculo mortis imminentis constituti. Quod liquet è dissuasionibus *Tertulliani* & *Nazianzeni* suprà citatis extra istum casum, è baptismo ipsius *Nazianzeni* quanquam patre nati Christiano, imò Episcopi, non tamen perfecto antequam adoleverat, ut in vitâ ejus refert *Gregorius Presbyter*, è baptismo *Hieronymi*, qui parentibus Christianis in *Pannonia* natus, non tamen baptizatus est, antequàm *Romam* ut Rhetoricam discere pervenerat, ut probat *Erasmus in vitâ ipsius*, è baptismo *Augustini*, qui matre licet Christiana natus, atque ut ipse refert *tom. 2. confess. lib. 1. cap. 11. Signatus signo crucis Domini, & ejus sale condimus jam inde ab utero matris, qua multùm in Deum speravit*, & baptismo destinatus quum puer ægrotasset, præsenti tamen periculo liberatus, non est baptizatus priusquam annos aliquot supra triginta complevisset. Parem item necessitatem Eucharistiæ infantibus porrigendæ asserunt *lib. 2. de peccat. merito & remiss. cap. 20.* è verbis Domini *Joan. 6. 53. & cap. 24. Apostolicam* vult *traditionem, & tom. 2. Epist. 23. Cypriani* probat Epistolam de lapsis, in quâ mentio consuetudinis dandi parvulis Eucharistiam. *Erasmus Roterodamus* ex *Innocentii* primi Epistolâ, quæ inter *Augustini* Epistolas 93. notat, *istam Ecclesiæ* Romanæ *credidisse Eucharistiam parvulis necessariam*. Quod si *Augustino* non credimus asserenti infantibus Eucharistiam necessariam, Apostolicæque traditionem statuenti, & *Cypriano* consuetudinem istam ut sui temporis referenti nec improbatorem allegant, cur credamus ei Pædobaptismum haud majori authoritate asserenti? Imò si regula ipsius à Doctore allegata è *l. 4. de Bapt. contra Donatistas c. 24.* repetatur, Eucharistiæ more parvulis dandæ authoritate Apostolicâ retinendus, quàm Pædobaptismus; quandoquidem mos iste, quod sciam, non est improbatus à patribus seculorum *Augustini* temporibus proximorum, nec Concilio instituus legitur, sed Pædobaptismus à *Tertulliano* & *Nazianzeno* dissuasus, & in *Concilio Carthaginensi* à 66. Episcopis cum *Cypriano* institutus legitur. Sed & plura sunt quæ faciunt ut *Augustini* authoritati parum in hac re tribuatur; inter alia, quod *Epistola 23.* ad *Bonifacium* regenerationem

quod parvulorum tam fidelium, quàm infidelium quolibet in-
morientes fierent, ad baptismum tamen fuerant veluti quòd
quotquot in baptismo infantum quorumcunque ut dicebat
vitæ consuluerit, mundos, tanquam filios ut Chrysostomus ait
Catechumenos, Ambrosius ait, fidejussor responderit, eosdem propriis
fidei sacramentis, quasi ipse baptismos fideles fecerit, ac re-
ipsa post baptismum non aliter pertinaces esserent. Hæc & plurima alia
tanto viro indigna facient ut lubens Augustini authoritati in
hoc se subtrahat, quam Doctor Sanctus ipsum tantum audien-
dum voluit, sed scripsit cum ejusdem authoritate Apostolicæ Sedis
non usi, parvulorum baptismum, eumque necessarium affirmaverint.

CAPUT XIII.

*Paedobaptismum non esse adeò antiquum ut prædicatur, & pro-
ut jam docetur, nuperam esse innovationem asseritur.*

Quid ergo judico, quæ in *Examine Concionis Stupe-*
fact. præmittit, quasi primo assertum, destruat invictum, baptis-
mum infantum non tantæ antiquitatis esse, quanti præ dicitur, in-
novationem verò esse nuperam non ante seculum decimum sextum
inchoatum, juxta doctrinam, quæ hodie obtinet in Ecclesia Refor-
mata ad mentem *Calvini*, baptismum esse privilegium Fidelium
fidelium, debitum divino jure, ex eo quod in sacris suis Evangelicis
non legerentur. Quod si me veritatis dictum planius fu-
dero. Primò, quòd authores præcipui primorum seculorum non ne-
gaverint. Secundò, quòd ex his qui meminerunt duo ex lasciviss-
imis fuerint temporum illorum. Tertiò, quòd forte fieri Au-
thorem aut quosdam ex Apostolicis non scripsisse omnem ejus
rationem. Quartò, quòd in qui scripserunt pro infantum baptismo
affirmans, in eum errorem lapsi sint, ut necessarium eum ad regnum
cœlorum asserendum, per eum salvari infantes, peccatum originale
tollit, & infantes regeneratos fateretur. Quintò, quòd patrocinare
Ecclesiæ fundamentis esse infantibus, ejusque necessitatem & an-
ti-

dignitatem patrum cum Pontificibus affumendi. Secundò, quod *Concilium Sanctæ Cœciliæ Neocæsariense* anno 314. statuerit, ut, [illegible] ... ὑπὲρ τῶν ἀπόντων ... ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ ... ἐν τῷ ὀνόματι τοῦ πατρὸς καὶ τοῦ υἱοῦ καὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος

ritus & Canones Ecclesiæ propius respiciebat, parentum suorum fidem baptismo pertinere infantes statuissent; exinde universo fere baptismus infantum prævaluit, & adultorum cessavit, non ita tamen, quin in locis aliquot non contemnendi authores referant morem antiquum duravisse, ut non baptizentur nisi qui per ætatem eam habeant, quâ per seipsos quæstionibus de fide & resipiscentia cum aliqua intelligentiæ mensurâ respondere possint. 12. Pondus non minimum apud me habet Pædobaptismum esse corruptelam, eò quòd si non *Berengarius Andegavensis* (quod mihi tamen haud improbabile est) tamen viri alii plurimi pii & pro seculo in quo vixerunt, docti, Pædobaptismum unà cum aliis corruptelis tempore Apostasiæ invectis seculis undecimo & duodecimo oppugnarint. Quod mihi indubitatum est *Bernardi sermone 66. in Cantica, Epist. 240. ad* Hildefonsum *comitem Sancti* Egidii, Petri Cluniacensis *Epistolâ ad tres* Galliæ *Episcopos*, Eckberti Schonaugiensis *Serm. 7. adversus* Cathares, aliisque licet obscurioribus indiciis. A quâ sententiâ me non dimovet, quod cl. *Jacobo Usserio* summæ licet eruditionis viro videtur, Antipædobaptismum illis per calumniam impactum. Cujus sententiæ rationem reddidi in *Præcursore* meo Anglicè scripto *sect. 9.* 13. Argumentum est non leve Pædobaptismum non habuisse ratum superiorum seculorum viros celebres, quoniam *in decreto* Romano *distinct. 5. de consecratione Can. omnes & Can. ut jejuni dicitur, absq; sacramento confirmationis neminem posse esse plenum Christianum.* Thomas *tertiæ parte summæ, qu. 72. art. 9.* dicit *hoc sacramentum esse perfectionem baptismi*, invenens baptismum esse imperfectum nisi accesserit confirmatio. *Lumbard. lib. 4. sent. dist. 7 A. Omnes fideles per manus impositionem Episcoporum post baptismum accipere debent in confirmatione Spiritum Sanctum ut pleni Christiani inveniantur.* Cajetanus *asserit infantem eò quod institutione in fide careat, non habere perfectum baptismum.* 14. Plurimi abusus & errores qui Pædobaptismum comitati aut secuti sunt, præsertim eò quòd in Ecclesiam colluvies virorum nec scientiâ nec moribus insidelibus meliorum propter Pædobaptismum adsciscitur, non levem conjecturam faciunt infantum baptismum ab hominibus inventum, à Deo non profectum. Sed præ his omnibus aberratio ab institutione Christi & Apostolorum praxi, & argumentorum quibus tuentur Pædobaptistæ praxin suam falsitas, de quibus alibi copiosius dicturi, & hinc cum Dei venia adhuc amplius dicturus sum, documento

sunt

jam Ecclesias reformatas impuras fore, donec Pedobaptismus ex iis expungatur.

SECT. XIV.

Argumenta contra Pedobaptismum à Christi institutione & Apostolorum praxi vindicantur à Vossii & Savagii responsionibus.

ARgumenti quo nitor, summa est; Baptizandum est juxta institutionem Christi, Apostolorum, & aliorum in sacrâ paginâ probatum exemplar; alioqui crimen erit corrumpendi Christi institutum; non est enim alia regula juxta quam baptismus ritè peragatur: sed juxta institutionem Christi & exempla in sacrâ paginâ probata, infantes non baptizantur: juxta enim ea baptizantur non nisi discipuli Christi resipiscentiam ac fidem in eum profitentes, uti ex *Matth.* 28 19. *Marc.* 16. 15, 16. *Act.* 2. 38, 41, *&c.* patet; ergo non infantes.

Sed ad hæc regerit *Savagius* verbis *Vossianis*. *Nec ullius est momenti, quod aiunt adversarii, incredulos non esse baptizandos; nam bifariam aliquis incredulus dicitur, negativè, qui salutari quidem fidei habitu destituitur, non autem habitu contrario est pollutus: positivè autem, qui & habitu fidei caret & contrario vitio laborat. Dicimus infantes esse infideles negativè tantùm, non autem positivè. Non enim redduntur capaces baptismi interna fidei sua inhæsione, sed externa ejus in parentibus professione, neque hac ut causa, sed ut conditione requisita ad privilegium seu characterem obtinendum.*

Sed non advertit *Savagius* adversarios objicere infideles negativè non esse baptizandos, eò quòd ex Christi mente solùm positivè fideles baptizandi: quòd ergo concedit infantes esse infideles negativè, confirmat objectionem adversariorum. Quòd si infideles negativè velit baptizari, quid obstat quo minùs infidelitatem professorum infantes baptizemus, cum ii non infideles sint positivè, sed negativè? Imò quid obstat quò minùs, quòd antehac fecerunt in *America Hispani*, barbaros omnes, qui adhuc Evangelium non audiverunt, in flumina ut baptizentur propellamus? Atqui *capaces baptismi esse fidelium infantes externâ fidei in parentibus*

ribus professionis sit. Sed hoc nullo [illegible]
nisi propria ipsorum professione fideles & filii [illegible]
Quid? quod Evangelium probare videtur baptismum eorum, quorum
parentes non fecerunt externam fidei professionem, sed fidejussores,
imò quibus mater (nescio quæ) Ecclesia accommodavit aliorum
cor ut credant, aliorum linguam ut confiteantur. Quæ si pro-
bantur, est in Ecclesia thesaurus, ex quo supplementum fiat infantis
fidei & confessionis omnium infantum, imò & virorum, eumque-
que baptizentur. Proculdubiò Christus non fecit hujusmodi antinomiam,
quâ præsumunt baptizare infideles negativè, & aliena profes-
sione vanitas fideles, quam ipse sit tantum professione fideles ba-
ptizandos statuit.

Gul. Wolfius [illegible] 14. fatetur *In Ecclesiâ constituendâ adultos*
primo docendos, deinde baptizandos esse, Matth. 28. 19. Marc. 16. 15,
16. & ubi crediderint cum ipsis suum semen liberi, fuisse baptiz-
andi. In constituta verò una infantes prius baptizandi, ac
postea docendi.

Sed hoc gratis dictum, & præter mentem Christi, qui non aliam
regulam posuit constituendæ Ecclesiæ, nec instituit baptismum liberorum credentibus parentibus, sed credentium
filiis modo; nec *Abrahæ* circumcidendi exemplum Gen. 17.
pro regula nobis in baptismo administrando: si enim ad istud ex-
emplar baptizandum, non baptizabitur infans nisi mas nec ante
diem octavum, nec opus erit Presbytero ordinato ad hoc opus, sed
quilibet paterfamilias, si non obstetrix par erit illi muneri obe-
undo.

Thes. 13. hæc habet *Pastor. Objiciunt adversarii, non esse*
consentaneum Apostolos baptizare infantes: Sed quo argumento
hoc probant? non legitur, inquiunt. Quid? legitur ne Apostolos
ad cœnam Apostolicam (Dominicam lego) *mulieres admi-*
sisse? Primum quis hanc mentem in Scripturis vocavit? Quid
quod Apostoli familias integras baptizasse legamur? Act. 16.
15. 33. 1 Cor. 1 16.

Resp. Satis est ex probatur non baptizatos infantes, quòd per
novum Testamentum fides aut confessio sua baptismum antecedere
debuerit. *Matth. 3. 6. Luc. 7. 29. 30. Joan. 4. 1. Act. 2. 41. & 8.*
12, 13, 37. & 9. 18. & 10. 46. 47. 48. & 11. 16. Act. 16. 14, 32,
33, 34. & 18. 8. Rom. 6. 3, 4. Gal. 3. 26. Ephes. 4. 5. Col. 2. 12.

Tit.

Tim. 3.15. sive verum est *Non licet ad cœnam admittere infideles*; Conf. Matth. 1 Cor. 10.16, 17. & 11.28. Act. 10.7. Et quum legimus familias baptizatas, satis e textu patet familiæ nomine non contineri infantes in aliis locis & familiis, Act. 16.1. & 18.14. & 16.32, 34. & 18.8. 1 Cor. 16.15. sed baptizatos credentes in familia. Cotandis loco adjiciam ipsius *Savagii* verba p. 24. *In nomen Baptizari est per fidem in Deum intrare. Ergo qui in nomen Christi Baptizatus est, is per fidem in Deum intravit.* Hoc infero, infans qui per fidem in Deum non intravit, non baptizatus in nomen Christi.

SECT. XV.

Pædobaptistæ auctores schismatis & profanationis sacramenti Baptismi.

Concludit *Savagius*, *Hos igitur solum Cretensium loco substituendos, nempe conturbatores istos & alterius Diaboli primo excitatos & excitatam huic reformationi sive sequelæ: ut inde omnis veritatis Evangelicæ propugnatores, minus vehementer in eadem confessionis causa non cadant.*

Ethoc, sed cujus culpa fit ut hæc discordia existerit, & foveatur? An eorum qui ad inducendam exemplar primæ Apostolicæ & puræ Christi juxta sedus quod inierunt, reformationem in cultu divino vellent? an eorum potius qui juxta reformationem promovere jussa verbum Dei adhuc tuentur placita hominum? Schisma eorum esse quis non videt? nec culpa absolvere Pædobaptistas aut Antipædobaptistas quam ex parte possim. Plorare necesse habeo eam quæ utrinque ἐμφύλιον διχόνοιαν. Pauciſſimi sunt, qui vias meorum studeant. Sed sanctissime in conspectu Domini eorum servandis possum proficeri, me in animo semper habuisse, ut fieri posset, ejus reformationis absque separatione & [illegible]. *Doctorum meo sæculo* dixit *Richardus Baxterus se sæpe coram Deo testificatum esse, me esse Christianum, in quo quicquid vere in vita mea vidi dicis quod odio habeam aut eorum mihi conflict sive cœtuum fuerit seu sociis, seu verum seu falsum, in me intrepuit; Stephanum Marshallum Scotum amicissimi usum; Robertum Ballum*, imo & quotquot fere mihi familiares contigerunt

[illegible] quicquam [illegible] eorum ejusmodi quicquam à [illegible] nec malè [illegible] nisi quod nullitatem argumentum aliquantulum [illegible] libertas quam vellem. Sed res erat periculosa, tergiversatus [illegible] Deus inter me & illos. Hoc autor Sacrilegii verbis *Judæ v. 3.4.* sed *à quibusdam*, inquit, *quasi dicerem sacrum habet ceremoniam in risum & jocum convertisse.* Novit Doctor juxta Liturgiam *Anglicanam* quæstiones baptizando propositas solitas, an renunciaret, an crederet, an in fidem illam baptizari vellet: & responsum esse ab astantibus, renunciare, credere, baptismum cupere. *Cham. Paustr. Cath. tom. 4. l. 15. c. 11. sect. 22. Illud durum fuit inquit, quod hujusmodi sponsiones sic essent quasi in scena ludus fieret, non in Ecclesia sacramentum celebraretur. Nam profectò minimicum fuit sic interrogari infantem quasi virum, sic respondere virum quasi infantem: & quidem hæc de aliena conscientia tam confidenter.* Bat jam iste Doctor & baptizantes juxta Liturgiam *Anglicanam* non ita pridem receptam, juxta quam nullus dubito eum baptizatum, *eadem fuisse sacra hujus ceremonia in risum & jocum* incusset, & horterer eos verbis *Judæ*. An juxta *Directorium* novum baptizantes a risu & joco abstinere possint, ipsorum interest perpendere. Non adeò sectum, ut oportet, parentes plurimorum cognitionis Domini prorsus esperres de fide interrogandi, & de ideà spergendi infantem morem puto. *Arbitrarer* si factum cum puer esset baptizandus quid erat nisi lusus? & tamen olim ab Episcopo *Alexandrino* aliquantulum probatum. De cætero si fas esset, bonarum vellem, ut magis seriò thesin examinet, nec tam levi & superficiali velitatione tanti momenti rem agat, ne *Cerberus* ipse audiat sacrum baptismi sordibus scriptorum Hæreticorum quod alia pestilentium conspurcans. Atque ita insignis Dominus Doctor super ejus thesi animadvertat habet sententiam."

FINIS.

TRINITY COLLEGE LIBRARY CAMBRIDGE

Errata.

In Epist. p. 4. l. 21. l. obiiarum p. 2. l. 9. l. Apollos. 3. l. Leporeus. p. 4. l. 9. Hungyius. 5. l. [illegible] p. 8. l. 3. l. [illegible] l. 20. l. [illegible] l. 22. l. [illegible] p. 9. l. [illegible] l. 3. l. [illegible] l. 9. l. vocem l. 33. l. [illegible] p. 11. l. 12. l. [illegible] l. 20. l. [illegible] l. 21. l. [illegible] p. 61. l. 3. l. decies l. 20. l. probavit. p. 81. l. 20. l. [illegible] l. 26. l. [illegible] l. 28. l. dispari. 83. l. 20. l. [illegible] l. 25. l. [illegible] l. 26. l. [illegible] p. 86. l. 20. l. [illegible] l. 29. l. [illegible] l. 32. l. [illegible] l. 144. l. [illegible] l. [illegible] l. 3. l. [illegible] l. 4. l. propitii. 86. l. 19. p. 89. l. 16. l. [illegible] quadragesima.